Impersonalia tam actiuæ q̄ passiuæ uocis: carent numeris & personis distinctis: ut amat᷑ & tedet

Cōposita a fio: ut benefit: malefit præteritū passiuæ declinationis habent: ut benefactū fuit.

Tedet: similiter ptesum fuit: & miseret misertum fuit facit: Pudet quoq; puditū fuit: apud antiquos reperitur.

ANOMALA.

Anomala uerba uel inæqualia sunt quattuor. s. sum: uolo: fero: & edo.

APOCOPATA.

Apocopata similiter uerba sunt quattuor. s. dico duco: facio & fero: quæ secūdā imperatiui per-

ſonam p apocopen proferunt: ut dic: duc: fac: fer: pro dice: duce: face: fere.

NOTANDVM:

Poſtremo ante q̃ ad uerbi diuiſioné accedã: quia multa ſũt deponentia uerba & coĩa: quæ licet ad actiuã declinationé pro repiendis ſupinis reduci debeant: Tamẽ plerunq; nos fallunt: Eorũ ideo deponétium & cõmunium ſupina. xiiii. regulis complectemur.

Prima. Primæ cõiugationis tam cõmunia: q̃ deponétia uerba: ſupinũ ſemp mittũt in. atũ. ut auxilior. ris. auxiliatum: moror. ris. moratum.

Secunda. Secundæ cõiugatõis deponétia: in. itũ faciunt ſupina: ut uereor. ris. ueritum: pret fateor faſſum: cõfiteor cõfeſſum: miſereor miſertũ tueor tutũ uel tuitũ cum ſuis cõpoſitis: reor ratum: & medeor ſine ſupino.

Tertia: Tertiæ cõiugatõis deponétia ĩ. bor. terminata: in. pſum. faciũt ſupinum: ut labor lapſũ

Quarta: Tertiæ coniugatõis uerba: in. ger. terminata: ĩ. ctũ. faciunt ſupinum: ut fungor functũ

Quinta: Tertiæ cõiugatõis uerba: ĩ. uor. terminata: ĩ. ctum. faciunt ſupinum: ut fruor fructum fruitum tñ dicebãt antiqui: unde fruiturus.

Sexta: Tertiæ cõiugatõis uerba ĩ.ſcor.terminata in.ctũ.ſimilit᷑ faciũt ſupinũ:ut ꝓficiſcor profectum: Pret᷑ adipiſcor adeptũ:fatiſcor feſſũ:defatiſcor defeſſũ:cõmĩſcor cõmentũ:obliuiſcor oblitũ;naſcor natũ:ulciſcor ultũ:paſcor paſtũ iraſcor iratũ:reminiſcor & ueſcor ſine ſupinis.

Septĩa: Tettiæ cõiugatõis uerba ĩ.quor.termĩata quor.ĩ.cu.uertẽtia:aſſumt᷑.tu:ut ſequor ſecutũ

Octaua: Tertiæ cõiugatõis uerba in.ror.terminata ſupina faciunt in.ſtum.ut queror queſtum.

Nona: Tertiæ cõiugatõis uerba in.tor.terminata ſupinum faciut in.ſum.ut utor uſum. Preter amplector:amplexum.

Decima: Tertiæ cõiugatõis tam correptæ q̃ ꝓductæ uerba in.dior.termĩata.dior ĩ.ſũ.uertũt ut ordior orſũ.Pret᷑ blãdior;cuiꝯ ſupinũ ĩ uſu ñ ẽ.

Vndecima: Tertiæ cõiugatõis tã correptæ q̃ productæ uerba in.gior.terminata in.itum.faciũt ſupinum:ut largior largitum.

Duodecima: Tertiæ cõiugatiõis: tam correptæ:q̃ ꝓductæ uerba:in.lior.terminata:in.itũ.faciũt ſupinum:ut molior molitum.

Tertia decĩa: Verba ĩ.rior.termĩata: q̃ tam tertiæ correptæ;q̃ ꝓductæ cõiugatõis ſt᷑:ĩ tũ faciut ſu

pinū:ut orior oriris uel oreris:ortū. Pret̄ mori-
or:quod moritum uel mortuum facit.
Quarta decīa: Tertiæ cōiugatōis tam correptæ:q̄
ꝓductæ uerba:ī.tior.termīata ī.sū.faciūt supi
nū:ut assētior assensū. Pret̄ metior mensū uel
metitū:nitor nixū uel nititū:mētior mētitum:
potior potitū:qđ mō tertiæ correptæ mō ꝓdu-
ctæ cōiugatōis ē:partior ꝑtitū īptior īptitū sor
(tior sortitū.

VERBI DIVISIO.

Verbum est duplex.s. ꝑsonale. & impersonale.
Personale uerbū ē illud:qđ hēt nūeros & ꝑsonas
distinctas:ut amo.as.at:amamus.tis.ant.
Impꝑsonale uerbū ē illud:qđ hēt nūeros & ꝑsōas
cōfusas:ut amat̄: Et dr̄ īꝑsonale:qa sine ꝓnōīs
ꝑsona ītelligi n̄ pōt:q̄ addita:nūeros discernit
& ꝑsonas:ut a me amat̄:a te āat̄:ab illo amat̄:
a nobis amat̄: a uobis āat̄:ab illis amat̄. Et ista
uerboꝝ significatō tā sub actiua spē:q̄ passiua
extat: Et tn̄ agentis tm̄ hēt significatū:ut legit̄
hoc ē oīs legunt.

ADVERBIVM.CAPVT PRIMVM.

ADuerbium ē pars orōis:q̄ adiecta uerbo si-
gnifcationē eius aut cōplet:aut mutat:aut
minuit:ut iam faciā:uel nō faciā:parū faciam
Aduerbiū dicit̄ q̄si aduerbū qm̄ ad uerbi tendit ī

eadē sententia cōspiratione:ut recte dixisti.
Aduerbii accidentia sunt quinq3.s.species:terminatio.forma:significatio:& figura.

❡SPECIES.CAPVT.II.

(nullo.
Spēs aduerbii ē pprietas deriuādi ab aliquo uel a
Spēs aduerbii ē duplex.s.primitiua & deriuatiua
Primitiua aduerbii spēs ē quæ primarium eius significatum ostendit:ut nuper.
Deriuatiua aduerbii spēs ē: quæ secundariū eius significatum ostendit:ut nuperrime.
Spēs tā primitiuoꝝ q̄ deriuatiuoꝝ sunt septē:nā aduerbioꝝ: alia etiā noīb.cōia sunt:ut sedulo:
Alia pnominib.ut qui:quo. (subito.
Alia uerbis:ut age:pone. Alia participiis:ut pfecto. Alia præpositōib.ut ante. Alia cōiunctio
Alia interiectionib.ut heus. (nib.ut qn̄.
Horum autē quædā accentu: quædā uero sensu

❡DERIuatiuoꝝ speCIES.

(dignoscunt.
Deriuatiuoꝝ tm̄ species sunt octo.s.denoīatiua: pnoīatiua:cōparatiua:suplatiua:diminutiua: uerbalia:noīalia simul & uerbalia: & participi

❡DENOMINATIVA.

(alia.
Denoīatia aduerbia sᵗ illa:q̄ a noīb.nascūᵗ.Hæc āt aut a noīb.ppriis ueniūt:ut a tullio tulliane:

Aut ab appellationib. ut a duro duriter. Aut a uocabulis: ut ab hostio hostiatī. Nomē enī unius. Appellatō multoꝝ. Vocabulū uero reꝝ est.

PRONOMINATIVA.

Pronominatiua aduerbia suut: quæ a pronoīe nascunt᷑: ut a meo meatim: a tuo tuatim.

COMparatiua & superlatiVA.

Comparatiua & sup̲latiua aduerbia fiunt: quotiens appellatōes: a quib ueniunt: comparantur: ut docte: doctius: doctissime: nam dicimus. Et quoniā nō per omnes gradus exire possunt aduerbia cuncta: ideo ad eorū augendā significationē: pro comparatiuo & superlatiuo: magis. &: maxime iungimus: ut magis rite: maxime: rite: ad minuendū uero: minus & minime: ut minus rite: minime rite.

DIMINVTIVA.

Diminutiua aduerbia sūt: quæ a primitiuo diminuunt᷑. Hæc aūt aut a positiuo ueniunt: ut longe lōgule. Aut a comparatiuo. ut lōgius lōgiusculE. Aut a sup̲latiuo: quoꝝ rara sūt exempla.

VERBALIA.

Verbalia aduerbia sunt: quæ a uerbis nascuntur ut a curro cursim.

❡VERBALIA ET NOMINALIA.

Verbalia ſimul & noĩalia aduerbia ſũt: quæ a nomine ſimul & uerbo ueniunt: ut a pede & tento: pedetentim.

❡PARTICIPIALIA.

Participialia aduerbia ſũt quæ a participiis ueniunt: ut ab indulgente indulgenter: q̃uis ſergius illud potius nomen appellat: cum ex ſe comparationem faciat.

❡TERMINATIO. CAPVT. III.

Terminatio aduerbii eſt qualitas: quæ finalem ſui uocem oſtendit.

Terminatio aduerbii in uiginti & q̃ttuor partes diuiſa ẽ. Nã aut ĩ. a. termĩant̃ aduerbia: ut ita.

Aut in. e. correptam: ut nempe.

Aut in: e productam: ut docte.

Aut in. i. ut heri.

Aut in. o. ut quando.

Aut in. u. ut diu.

Aut in. æ. diphthongum: ut rhomæ.

Aut in. c. ut donec.

Aut in. l. ut ſemel.

Aut in. am. ut coram.

Aut in. em. ut tandem.

Aut in.im.ut partim.
Aut in.um.ut sursum.
Aut in.n.ut forsan.
Aut in.r.ut aliter.
Aut in.as.ut alias.
Aut in.es.ut sodes.
Aut in.is.ut nimis.
Aut in.us.ut cælitus.
Aut in.ens.ut totiens.
Aut in.rs.ut fors.
Aut in.ps.ut deinceps.
Aut in.t.ut sat.
Aut in.x.ut uix.

FORMA.CAPVT.IIII.

Forma aduerbii est qualitas: qua a primitiuis suis aduerbia descendunt.

Forma aduerbiorũ in.xii.regulas diuisa est.

Prima: Nomina mittentia datiuũ singularem in i.addita.ter.formant aduerbia: ut molli: molliter: audaci: audaciter uel audacter. Preter facile pro faciliter: quod quidã nomẽ putant: pro aduerbio positũ: ut toruũ clamat pro torue: Et difficulter pro difficiliter: omnino pro omniter ter a tribus: quater a quattuor. Aliter ab alis

huius alis: p̄ro alius: memore pro memoriter: ſublime pro ſublimiter: Obiter autē: tantiſper parumper: pauliſper: & ſimilia: cōpoſita ſunt.

Secunda: Participia uel participiis ſimilia: mittentia datiuū ſingularem in. i. uerſa. i. in. er faciunt aduerbia: ut ſapienti ſapienter: prudenti prudenter.

Teritia: Nomina mittentia datiuū ſingularē in o. uerſa. o. in. e. faciunt aduerbia: ut docto docte. Sed contra hanc regulā multa ſæpius uſurpauit auctoritas: nam quædā in datiuo caſu in o. permanent: & faciunt aduerbia: ut falſo: ſeduio: quædā uero contra faciunt: ut a duro: nō dure: ſed duriter.

Quarta: Propria latina: ablatiuo caſu. o. littera terminata: uerſa. o. in. a. & addita. ne. faciunt aduerbia: ut a tullio tulliane. Appellatiua uero aliquando. o. in. i. uertunt: & aſſumunt. tus: ut ut cælo cælitus.

Quinta: Aduerbia græca: ī. ῶσ. terminata: apud nos. ῶσ. in. e. mutant: ut ομηρἰκωσ: homerice

Sexta: Fœminina: ablatiuo caſu. a littera terminata addita. tim faciunt aduerbia: ut regula: regulatim.

Septima: Noīa ablatiuo casu.e. littera terminata: aliquādo in.tus.aduerbia mittunt: ut a stirpe: stirpitus.

Octaua: Noīa ciuitatū: locū significantia: si sine præpositione ponant̃: ī aduerbia transeunt: ut rhomæ sum: paduā pergo: uenetiis redeo: uerona transeo.

Nona: Datiui & ablatiui casus absolute positi in aduerbia transeunt: ut sum tibi honori: ero illi dedecori:

Decima: Præpositiones aduerbiis addi nō possūt ut de mane de sursum nisi in compositione: ut dehinc: perinde: proinde.

Vndecima: Aduerbia acceptis casib. in præpositōnes transeunt: ut ante dixi: hic ante aduerbium est: ante iudices: hic præpositio.

Duodecima: Omnis pars orationis: cum desierit esse quod ē: ut sedulo feci. Vel cum inter alias orationis partes cōnumerari nō potuerit: in aduerbium transibit: ut ibidem: Idem enī cū alia pars orationis esse nō possit: aduerbium erit.

SIGNIFICATIO. CAPVT. V.

Significatio aduerbii est qualitas: quæ per significatum: unum aduerbiū ab alio discernit.

Significatio aduerbii in.xxxiii.partes diuisa e:ut (infra patebit.
Numeralis:ut bis:ter.
Negatiua:ut nó:nec.
Confirmatiua ut profecto quippe.
Demonstratiua:ut en:ecce.
Optatiua:ut utinam:amen.
Aestimatiua:ut caro:uili.
Ordinatiua:ut primo:secundo.
Interrogatiua:ut cur:quare.
Relatiua:ut quia quoniam.
Similitudinis:ut sicut:ueluti.
Dubitatiua:ut an:forsitan.
Inuocatiua:ut heus:o.
Responsiua:ut hei.
Prohibitiua:ut ne.
Cõmunicatiua:ut pariter:una.
Separatiua:ut seorsum:trifariam.
Electiua:ut potius imo.
Euentus:ut forte:fortuitu.
Qualitatis:ut bene:usui:honori.
Quantitatis:ut multum:parum.
Precatiua:ut sodes:amabo.
Iuratiua:ut perpol:ecastor.
Temporalis:ut hodie:heri.

Hortatiua:ut eia:age.
Dehortatiua:ut ne:pro:ut nō.
Personatiua:ut mecum:tecum.
Comparatiua:ut tam:quam.
Remissiua:ut paulatim:sensim.
Intentiua:ut penitus:ualde.
Repletiua:ut tandem:denique.
Diminutiua:ut clanculum:belle.
Localis in loco: ut hic:ad locum:ut illuc: de loco:ut inde:per locum:ut qua. (sursum.
Recta & omniū partium cōmunis:ut peregre:

FIGVRA.CAPVT.VI.

Figura aduerbii est accidens:quo simplex a composita discernit̄ dictione. (sita.
Figura aduerbii est duplex.s.simplex: & compo-
Simplex aduerbii figura est:quæ unā rem continet:atq; naturalis est:ut diu.
Composita aduerbii figura ē illa: quæ ex arte fit: & duas res habet:ut interdiu.

ADVERBII diuisio.CAPVT.VII.

Aduebium est duplex.s.finitum:& infinitum.
Finitum aduerbium est illud: quod rem certam: & tempus finitum ostendit:ut hodie.nunc:qn̄
Et tale aduerbium:si per se solum fuerit:accen

tu pronunciabit acuto: ut bene: si uero in aliarum partium contextu: accentu graui pronunciabit ut bene fecisti.

Infinitum aduerbiũ est illud: quod nec rem certã nec finitum tempus ostendit: ut siquando: nequando: proinde. Et tale aduerbiũ: contra accentuum regulam: propter suã infinitationem accentũ hẽbit in añpenultima: ut aliquando.

PARTICIPIVM.

CAPVT. PRIMVM.

Participium est pars orationis: quæ duarum partiũ: quæ sunt eximiæ in toto sermone: uerbi & nominis uim participat.

Participium dictũ est quasi particapiũ: quia: partem capit noĩs: partemq; uerbi.

Participii accidentia sũt decem. s. qualitas: significatio: tempus: uox: numerus: figura: genus: terminatio: forma: & declinatio.

QVALITAS. CAPVT. II.

Qualitas participii est accidens quo perfectum ab imperfecto secernimus.

Qualitas participii ẽ duplex. s. pfecta & ĩpfecta.

Perfecta q̃litas participii est: q̃ sine alterius uerbi intelectu: significationẽ sui uerbi pfecte oñdit.

Huius ſpecies ſunt quinq; prout in uerbis dictū eſt. ſ. abſoluta: tranſgreſſiua: defectiua: ambigua: & ſupina.

Abſoluta qualitas eſt quæ ab abſoluto uerbo uenit: ut a caleo: calens.

Tranſgreſſiua qualitas eſt quæ a tranſgreſſiuo uerbo uenit: ut a gaudeo: gaudens.

Defectiua qualitas eſt: quæ a defectiuo uerbo uenit: ut a memini meminens: quod nō ē in uſu.

Ambigua qualitas eſt quæ ab ambiguo uerbo uenit: ut a ludo: ludens.

Supina qualitas eſt quæ a ſupino uerbo uenit: ut a dormio: dormiens.

¶ IMPERFECTA.

Imperfecta qualitas participii eſt: quæ ſine alterius uerbi intellectu: perfectā uerbi ſui ſignificationem habere non poteſt.

Huius ſpecies ſūt ſex. ſ. inchoatiua: deſideratiua iteratiua: motiua: diminutiua: & paragoga.

Inchoatiua qualitas eſt quæ ab inchoatiuo uerbo uenit: ut ab horreſco: horreſcens.

Deſideratiua qualitas eſt: quæ a deſideratiuo uerbo uenit: ut ab amaturio: amaturiens.

Iteratiua qualitas eſt: quæ ab iteratiuo uerbo ue

nit ut a legito legitans. (a facesso facessens.
Motiua qualitas ē: quæ a motiuo uerbo uenit: ut
Diminutiua qualitas ē: quæ a diminutiuo uerbo
uenit: ut a sorbillo sorbillans.
Paragoga qualitas ē: quæ a paragogis uerbis deri
uantur: ut a poetor: poetans.

SIGNIFICATIO. CAPVT. III.

Significatō participii ē qualitas: qua ī eius uerbo
a ffectus significat̃.
Significatio participii ē sexcuplex. s. actiua: passi
ua: media: cōmunis: deponens: & impersonalis
Actiua significatio ē: quæ ab actiuo uerbo uenit
ut amo: amans.
Huius aūt significatōis participia sūt duo. s. præ
sens: ut amans: & futuꝝ ut amaturus. Preterea
quæ carent supinis: quæ præsens tantū partici
piū habent: ut discens.
Passiua significatio ē: quæ a passiuo uerbo uenit
ut amor: amatus.
Huius aūt significatōis participia sūt duo. s. præ
teritū: ut amatus: & futuꝝ: ut amandus. Preter
ea: quæ carent supinis: quæ futuꝝ tm̄ participi
um habent: ut discendus. seruio seruiens
Media significatio ē: q̄ a medio uerbo uenit: ut a

Huius aũt significatõis participia sũt duo. s. præsens: ut nocens: & futuꝝ: ut nociturus. Preter transitiua quæ quattuor hñt participia duo. s. actiua: ut arans & araturus: & duo passiua: ut aratus & arandus. Et pret̃ uerba secundæ cõiugationis: ptm̃ in. ui. facientia: q̃ pñs tm̃ participium hñt: cũ careãt supĩs: ut caleo calui calens: exceptis aliqb. ut placeo placiturus. Et pret̃ q̃dã media q̃ tria hñt pticipia: ut fio fiens factus: & futurus de qb. ĩferius differemus.

Cõmũis significatõ ẽ: q̃ a cõi uerbo uenit: ut a largior largitus

Huius aũt significatõis participia sunt q̃ttuor. s duo actiua: ut largiens & largiturus: & duo passiua: ut largitus & largiẽdus. Ptm̃ tñ participiũ duplicẽ hẽbit cõstructionẽ. s. actiuã & passiuã: ut hortatus te: & hortatus a te.

Deponens significatio ẽ: quæ a deponenti uerbo uenit: ut a sequor sequens.

Huius aũt significatõis participia sũt tria. s. pñs ut sequens: futuꝝ: ut secuturus: & ptm̃: ut secutus qd ĩ uoce passiua: significatione tm̃ actiuã admittit. Pret̃ ea q̃ carẽt supinis: q̃ pñs tm̃ participiũ hẽbũt: ut medens. Et pret̃ ea q̃ tanq̃ actiua cõstruũt̃: q̃ ẽt ĩ. dus. participia hẽbũt: ut sequenndus.

Impersonalis significatio ē: quæ ab impersonali uerbo uenit: ut ptesus: q̄uis hæc significatio in usu non sit.

¶TEMPVS. CAPVT. IIII.

Tempus participii ē uicissitudo: rerum triformium mutabilitate comprehensa.

Tempus participii ē octuplex. s. pñs. & ipfectū simul: ut amans: perfectū primū: pfectū secundū: plusq̄pfectū primū: & plusq̄pfectū secundum simul: ut amatus. Futurum actiuū: ut amaturus. Futurum passiuum: ut amandus.

¶VOX: CAPVT. V.

Vox participii est: accidens: quo actiua a passiua discernitur declinatione.

Vox participii ē duplex. s. actiua & passiua.

Actiua participii uox ē: q̄ in. ans. uel ī. ens. uel in rus. terminans: actiuā eius declinationē oñdit: ut amans: legens. amatrus: lecturus. Significationē āt qñq; actiuā: ut legens: qñq; passiuam ut uapulans.

Passiua uox pticipii ē: q̄ ī. us. uel ī. dus terminās passiuā eius declinationē oñdit: ut ãatus amandus. Significationē āt qñq; passiuā: ut lectus qñq; actiuā tm̄: ut secutus: qñq; uero utrūq;: (ut hortatus.

❡NVMERVS.CAPVT.VI.

Numerus participii ē forma dictionis ī uoce: quæ quantitatem facere poteſt.

Nūerus pticipii ē duplex.ſ.ſingularis & pluralis:

Singularis participii numerus ē: qui ſingularitatem ſignificat: ut amans.

Pluralis participii nūerus ē q pluralitatē oſtendit (ut āantes.

❡FIGVRA.CAPVT.VII:

Figura participii ē accidens: quo ſimplex a cōpoſita cognoſcit̃ dictione.

Figura participii ē duplex.ſ.ſimplex: & cōpoſita.

Sīplex pticipii figura ē accidēs: qđ a ſolo puroq; uerbo deriuatū oſtendit participiū: ut amans.

Compoſita participii figura eſt accidens: quod a compoſito uerbo deriuatū oſtendit participiū ut peramans.

❡GENVS.CAPVT.VIII.

Genus participii ē ſexus exploratō: p uocē genere carentē

Genus participii ē quadruplex.ſ.maſculinū: fœmininū: mediū: & triū generū cōmune.

Maſculinū participii genus quod ī.us.terminat̃: ut amaturus: amatus: & amandus:

Fœmininū participii genus ē quod ī.a. terminat̃ ut amatura: amata: & amanda.

Medium participii genus ē: quod in.um.termi natᷣ:ut amaturum:amatum:& amandum.
Trium generū cōmune participii genus: ē quod in.ns.terminatᷣ:ut amans:& legens.

¶TERMINATIO.CAPVT.IX.

Termīatō participii ē q̄litas q̄ finalē sui uocē ostē dit
Termīatio participii ē octuplex nā participiorꝫ a/lia in.ans.termīantᷣ.ut amans. Alia ī.ens.ut le gens. Alia in.rus.:ut lecturus. Alia in.tus.ut a/matus. Alia in.sus.ut lesus: Alia in.xus.ut pe/xus. Alia in.uus.ut mortuus. Alia in.dus.ut amandus.
In.ans.uel in.ens desinentia:præsentis & præteriti imperfecti temporis sūt:ut amans: & legens
In.tus.in.sus.in.xus.uel in.uus.desinentia participia:pṫī primi & secundi: plusq̄pfecti primi & secūdi temporis sūt:ut amatus:lesus: pexus & mortuus.
In.rus.uel ī.dus.desinētia participia:futuri temporis sunt ut amaturus:& amandus.

¶FORMA.CAPVT.X.

Forma participii est modus:quo a uerbis participia descendunt.
Forma participii in q̄ttuor regulas diuisa est.

Prima: Participia: in. ans. uel ĩ. ens. deſinẽtia: formant͛ a prima pſona inchoatiuæ ſpeciei. bam. ĩ ns. uerſa: ut amabã: amans: legebã: legens.

Secũda: Participia: in. rus. deſinentia: ab ultimo ſupino formantur: addita. rus. ut amatu: amaturus:

Tertia: Participia in. tus. uel ĩ. ſus. uel ĩ. xus. deſinentia: ab ultimo ſupino formant͛: addita. s. ut amatu amatus: leſu leſus: pexu pexus. In. uus aũt unũ ĩuenit͛. ſ. mortuus: quod irregulariter formatur a ſupino moritu.

Quarta. Participia in. dus. deſinentia: a gtõ pñtis participii formant͛. tis. in. dus. uerſa: ut amans amantis: amandus.

DECLINATIO: CAPVT. XI.

Declinatio participii: eſt ĩ caſualib. dictionib. uocis uariatio: quæ in fine tantum attenditur.

Declinationi participii quattuor accidũt. ſ. forma. inflexio: caſus: & regula: dequib. ſatis ſupq; in nomine diximus.

NOTANDVM.

In fine huius capitis: añq̃ ad aliud deſcendamus xii. notare debemus.

Primũ: Oĩa ĩchoatiua: ut horreſco: deſideratiua:

ut lecturio: & impsonalia: ut tedet: & pleraq; in uo. diuisas syllabas desinētia: ut pluo. Et media secūdæ cōiugatiōis: faciētia ptm̄ in. ui. diuisas: ut studeo. Et uerba: quæ carēt ptō: ut ambigo: scando: uideo: uergo: arceo: mādo: strideo: glisco: sisto: ferio: uescor: medeor: & reminiscor: carent supinis.

Secūdū: Hæc media: quanuis secūdæ cōiugationis sint: & ptm̄ ī. ui. diuisas faciant: tn̄ supinū hn̄t. s. noceo: ualeo: placeo: careo: pareo: liceo: oleo: taceo: torreo: doleo.

Tertiū. Hæc sūt illa media: q̄ tria ī usu hn̄t participia. s. cœno: prandeo: placeo: nubo: assuesco: qesco: careo: titubo: pateo: mœreo: liceo: taceo: iuro: & qnq; neutro passiua quoꝝ hæc sūt participia. s. cœnās cœnatus & cœnaturꝰ: prandēs prāsus & prāsurus: placēs placitus & placiturꝰ nubēs nupta & nuptura: assuescens assuetus & assueturꝰ: qescēs qetus & qeturus: carēs cassus & cariturꝰ: titubās titubatus & titubaturus: patēs passus: & passurus: mœrēs mœstus: & mœsturus: licens licitus: & liciturus: tacēs tacitus: & taciturus: iurans iuratus: & iuraturus: gaudens gauisus: & gauisurus: audēs ausus: & ausurus:

ſolens ſolitus & ſoliturus: fidens fiſus & fiſurus fiens factus & futurus: quod ideo ſic facit: ne ſi facturus diceremus: a facio deriuatū uideretͬ.

Quartū: Hæc ſūt illa: uerba q̄ ab eodē ſupino uaria formāt participia. ſ. orior. morior: pario: naſcor: ruo: fruor: ignoſco: & lauo. Dicimus enim ortus & oriturus: mortuus & moriturus: partus & pariturus: natus & naſciturus: rutus & ruiturus: fructus & fruiturus: ignotus & ignoſciturus: lautus lauturus uel loturus: & lauaturus.

Quintū: Hæc ſūt illa uerba: quæ p̄ñti participio carent. ſ. odi cœpi: & memini: q̄uis antiqui meminens dixerint.

Sextum: Hæc ſunt illa participia: quæ duplicato ſupino efferuntͬ. ſ. ſalitus & ſalſus: ſoniturus & ſonaturus: altus & alitus: aſtitū & aſtatum: præſtitum & præſtatum.

Septimū: Hæ: q̄uis participiorum formā habeant: qa tñ tēpore carēt. noīa ſtͬ. ſ. Galeatus ſcutatus pileatus: tunicatus: manicatus: caligatus: bracchatus: penulatus: bacchatus: paludatus: pretextatus: trabeatus: comatus: ſoleatus: criſtatus: ocreatus: aſtatus. lunatus: ſtellatus: lr̄atus: turritus: politus: cornutus: aſtutus: & hirſutus.

Octauum: Hæc ſunt illa participia: quæ in uoce paſſiua: ſignificationẽ actiuã hñt. ſ. circumſpe ctus: conſideratus: diſertus: cautus: tutus: igno tus: argutus: falſus: cõtentus: tacitus: profuſus ſcitus: diſcretus: cõplacitus: fluxus: ĩueteratus: iuratus: excretus: exoletus: adultus: defectus: & præterita participia a deponentib. & cõmunib. uenientia: ut ſecutus & hortatus.

Nonum: Hæc ſũt illa participia: quæ ĩ uoce acti ua: paſſiuã ſignificationẽ hñt. ſ. euidens: indul gens: magnificens: honorificens: quæ apud an tiquos in uſu erant. Et oĩa participia: quæ a uerbis: ſignificationẽ paſſiuã habentib. ueniũt ut a uapulo: uapulans & uapulaturus.

Decimum: Tria ſunt: quæ participio ita adhærẽt ut ſine ipſis ullo modo eſſe non poſſit. ſ. uulga re: reſolutio: & regimen.

Vulgare participii eſt eius idioma: lingua uerna cula pronunciatũ: ſine quo dignoſci nõ poteſt

Reſolutio participii eſt: quædã interior ſignifica tio: quæ eius tempora manifeſtat.

Regimen participii eſt caſuum requiſitio: ſecun dum uerbi naturam: a quo deſcendit.

Vndecimũ: Participiũ ablatiui caſus ĩ cõſequen

tia ponit᷑:cum una ſententia in clauſulis: ex al
tera dependet:ut me docente: tu diſcis.
Duodecimũ notandũ eſt: Quod qnq; modis in
nomen participiũ tranſit.ſ.cõſtructione:com-
paratione: compoſitione:temporis amiſſione:
& uulgaris mutatione.
Conſtructione ĩ nomen tranſit participiũ: quan
do cum alio caſu conſtruit᷑:q̃ eius uerbũ reqrat
ut alieni appetens:ſui profuſus.
Comparatione in nomẽ tranſit participiũ: qñ ex
ſe comparatm̃ uel ſuperlatm̃ format: ut aman
tior:amantiſſimus.
Compoſitione:ĩ nomẽ tranſit participiũ:quãdo
dictioni adiungit᷑:quæ cum uerbo ſuo nõ com
ponitur:ut innocens:indoctus.
Temporis amiſſione in nomẽ tranſit participiũ:
qñ amiſſa reſolutione:nullũ tempus ſignificat
ut amans: non qui amat: ſed amore captus: &
doctus:& eruditus.
Vulgaris mutatione in nomen tranſit participiũ
qñ amiſſo uulgari: aliud ſignificat: ut aman-
dus:non q amabit᷑:ſed dignus amari:& preter-
miſſurus: nõ qui pretermittet: ſed qui aptus ẽ
ad pretermittendum.

PRAEPOSITIO. CAPVT. PRIMVM.

PRæpositio est pars orónis: quæ aliis orónis partib. præposita: earũ significationẽ aut mutat: aut complet: aut minuit.

Præpositio dicta ẽ a præponendo: qa cæteris orationis partib. suũ est præponi: Vnde & postposita accentum mutat: ut mecum.

Præpositionis accidentia sũt tria. s. figura: ordo: & casus requisitio.

FIGVRA. CAPVT. II.

Figura præpositionis est accidens: quo simplex a composita cognoscit᷑ dictione.

Figura præpositõis ẽ duplex. s. simplex & cõposita

Simplex præpositõis figura ẽ quæ simplicem dictionem ostendit: ut abs.

Cõposita præpositionis figura est: quæ alteri adhærentẽ dictionẽ ostendit: ut absq;.

ORDO. CAPVT. III.

Ordo præpositionis ẽ q̃litas: quæ demonstrat: q̃ præponi: quæue supponi præpositio debeat.

Ordo præpositõis est triplex. s. præpositiuus subiunctiuus: & cõmunis.

Præpositiuus præpositõis ordo ẽ qui præpositionem ĩ cõstructõe præponi oñdit: ut añ iudices.

Subiunctiuus præpositionis ordo est: qui præpositioné: in constructione supponi ostendit: ut rhomam uersus.

Cõmunis præpositionis ordo est qui præpositionem in constructione præponi: & supponi posse ostendit: ut p transtra & remos: & transtra p & remos.

CASVS requisitio. CAPVT. IIII.

Casus requisitio est præpositionis natura: quæ ĩ appositione casib. deseruit.

Casus requisitio in præpositione est triplex. s. accusatiui: ablatiui: & utriusq;.

Accusatiuæ præpositiones sũt. xxxii. s. ad: apud: ante: aduersum: aduersus: cis: citra: circum: circa: contra: erga: extra: inter: intra: infra: iuxta: ob: pone: per: prope: propter: secundum: post: trans: ultra: supra præter: circiter: usq;: secus: penes: & pridie.

Ad: significat: proximitaté: ut ad urbem hoc ẽ iuxta urbé. Et causã: ut ad quid? Et similitudiné: ut adæquatus ad unguem. Et contrarietatem: ut ad illũ: hoc est contra illum. Et tempus: ut ad bellum persicũ. Et additionem: ut ad mala.

Apud: significat locum: ut apud rhomam. Et

personam: ut apud pompeium.
Ante significat locum: ut antepono: Et tempus: ut ante annum. (sū te
Aduersum & aduersus significat cōtra: ut aduer
Cis significat locū: ut cis alpes: & iungit̄ cum propriis nominib. fluuio℞ uel montiū: Et tempus ut cis diffinitū tempus. Et metaphorice minus significat: ut cis naturæ leges: hoc est minus q̃ patiant̄ leges naturæ.
Citra idem pene significat: quod cis. Sed reliquis preter q̃ propriis noīb. fluuio℞ & montiū iungitur: ut citra forum: citra saniem.
Circum præpositōis uim habet. ut circūfero: circum montem. Et aduerbii localis: ut properari littore circum.
Circa significat iuxta: ut circa forū, circa uiginti. annos. Et quandoq; postposita in cōpositione reperit̄. ut quocirca: circūcirca.
Contra significat aduersum: ut contra adulterū. Et ex opposito: & tunc est aduerbium: ut æolus hæc contra.
Erga significat circa quando ꝓ affectu ponit̄: ut bonus erga amicos. Et uersus: ut erga te.
Extra significat preter ut extra unam auiculā. Et

exitum: ũt exeo extra: & tũc potius aduerbiũ ẽ.
Inter uim præpositiõis habet. ut interrumpo. Ali-quando significat in: ut oculos inter se atq; ora tenebãt: Aliquãdo in medio: ut inter reges.
Intra p se positũ: aduerbiũ est. casibus aũt iũctũ prepositio: ut intra se.
Infra casualibus adiunctũm prepositio est: ut in-fra omnes. per se positum aduerbium.
Iuxta significat prope: ut iuxa fluuiũ. per se uero positum aduerbium est: ut horũ ego uitã mortem q; iuxta existimo.
Ob significat per: ut ob uirtutem: & in cõpositi-one contra: ut oppono (domũ
Pone significat apud: ut pone domum pro apud
Per significat transitũ localẽ: ut p forũ. Et tem-poralem: ut per diem. Et iuramentum: ut per iouem. Et perfectionẽ: ut perficio. Et ualde: ut perpulchrum. Et abnegationem: ut perfidus: periurus:
Prope significat apud: ut prope templum: pro apud templum.
Propter significat causam: ut propter amorẽ hoc est causa amoris.
Secundũ significat auctoritatem: ut secundum

plinium: Et locum: ut secundũ fores: pro apud fores

Post significat ordinẽ loci: ut post montem: Et ordinem dignitatis: ut post pietatẽ utilitas. Et ordinẽ temporis: ut post annum: Et aliquando ponit᷑ loco aduerbii: ut post faciam pro postea.

Trans significat ultra: ut trans rhenũ: ꝓ ultra rhenum. Et per: ut trano. Et ad: ut transgredior.

Vltra uim præpositionis habet: quũ casib. adiungitur ut ultra mare. Aduerbiũ uero ẽ: quũ per se ponitur: ut quid faciam ultra?

Supra significat ultra: ut supra annũ. Et sup: ut supra montẽ: Et additionẽ: ut tres supra uiginti: hoc est uiginti & tres.

Preter significat ultra: ut preter rationem: Et exceptionem: ut preter cæsarem: cunctos diligo.

Circiter ꝓ iuxta accipit᷑: & tẽpus tantũ significat: ut circiter calendas ianuarias.

Vsque significat locum: ut usq; rhomã. Et ualde ut usq; metu micuere sinus.

Secus significat aliter: ut haud secus androgeos uisu tremefactus abibat.

Penes significat apud: ut omĩa adsunt bona: quẽ penes est uirtus.

Pridie significat præcedēti die:ut pridie calendas: pridie nonas: pridie idus: Iungit quoq; geniti uo:ut pridie eius diei: Sed magis aduerbiū est.

¶ABLATiuæ præpositiONES.

Ablatiuæ præpositiones sunt. xv. s. a:ab:abs:cū: corā:clam:de:e:ex: pro:præ:palā::sine:absq;: tenus.

A:proprie uerbis passiuis uel ablatiuis iungit: ut amor a te. Et his dictionib. apponit: quæ a cō sonante incipiunt:ut a cæsare:a ioue.

Ab:quoq; uerbis passiuis iungit: ut amor ab illo Quod si sequēs dictio a uocali incipiat:integra effertur:ut ab antonio:si uero consonās sequat extremā litteram perdit:ut a gymnasio. Aliter enim hæ præpositiones positæ: aut hiatū:ut a antonio:aut asperitatē faciūt:ut ab gymnasio.

Abs: in cōpositōe ponit:sequeute. p. q. c. &. t. ut absporto: absquolibet: abscondo: & abstineo: In appositione aūt tm̄ sequente. t. ut abs te.

Cum significat copulationē:ut cum ducib. Et tē pus: ut cum faciam uitulam:& tunc aduerbiū est:& potius per. q. scribit:ut quum.

Coram significat palam: & magis ad personam accipitur: & aduerbiū est:ut corā:quē queritis

adſum. Et ſignificat añ: ut coram iudice.

Clam ſignificat occulte: & ē aduerbiū: ut clam fer ro incautū ſuperati: Et iungitur ablatiuo: more præpoſitōis: ut nec clam te ē. Hanc tñ maiores tam accuſatiuo q̃ ablatiuo iungebant: ut clam patre: & clam patrem.

De habet uim memoratiuã. ut de partib. orōnis. Et intentiuã: ut deprimo. Et priuatiuã: ut de mens. Et pro deorſum accipit̃: ut deſcendo.

E: tẽporalis eſt: ut eueſtigio. Et priuatiuã: ut eno dis. Et intentina ut enectus. Et ꝓ extra accipit̃: ut educo. Et his dictionib. apponit̃: quæ a con ſonante incipiunt: ut e ludo.

Ex: temporalis ē: ut ex illo fluere. Et priuatiua: ut exero. Et intentiuã: ut expleo: Et pro extra acci piutr: ut excludo. Et ſi ſequens dictio a uocali incipiat: integra effertur: ut ex academia. Si ue ro conſonans ſequat̃ extremã litterã perdit: ut e ſchola. Et notandū eſt ꝙ ex differt ab a præpo ſitione. Nam ex amphitheatro uenit: q in ipſo fuit: ab amphitheatro aūt: qui in loco fuit pro xmo illi: Sicut etiã inter ad & in intereſt: nnã ad tribunal uenit litigator: pro ad locum: tribuna li proximū. In tribunal aūt iudex: ĩ illo ſedet:

Pro uim habet localem: ut pro curia hoc est ante curiam. Et temporalẽ: ut prouideo hoc est porro uideo: & profũdus: cui porro sit fundus. Et pro e accipit̃: ut prominet pro eminet. Et pro ad: ut pro uirib. Et pro in: ut pro rostris. Et pro ἀντι: ut. Pro dulci ascanio ueniat. Et pro υπερ ut proq; omnib. unum prædicam. Et pro causa ut pro amore tuo: & pro milone dixit: hoc est causa milonis:

Præ pro ad accipit̃: ut ego illum contempsi præ me: hoc est: ad mei comparationẽ. Et ꝓ pro: ut præ amore hoc est pro amore. Et pro ab: ut præ studio: ꝓ ab studio. Et pro sup: ut præsideo. Et ꝓ ualde: ut prædico. Et pro ante: ut præpono.

Palam significat aperte: & utplurimũ aduerbiũ est ut. f. dixi palam.

Sine. negatiua ẽ præpositio: & præposita utranq; syllabam grauat: ut sine mora: postopsita uero acuit̃: ut. Te sine: nil altum mens cogitat.

Absq; similiter negatiua præpositio est: ut absq; ulla consideratione.

Tenus significat usq;: & modo ablatiuo iungitur ut hactenus: modo genitiuo: ut crurumtenus: Et semper postponitur.

AMBIguæ præpp̄sitioNES.

Ambiguæ præpositiones: quæ tam accusatiuo q̃ ablatiuo deseruiunt: sunt quattuor.s.in.sub super & subter. Has enim maiores indifferenter ponebant: nulla lege seruata. Nos aũt in loco: & de loco significantes in ablatiuo: ad locum autem & per locum in accusatiuo ponimus.

In ponitur pro ualde: ut inhabito. Et pro nõ: ut iniustus. Et pro inter: ut mediisq; in millib. ardet. Et pro contra: ut in tyrannũ. Et pro modo qualitatis: ut ĩ faciem uersus amphitrionis iuppiter. Et pro particula superuacua: ut nosco crines: incanaq; menta. Et pro qualitate peiore: ut informis. Et pro qualitate ordinatiua: ut indies crescit. Et pro spacio temporali: ut duxi in lucem uel in noctem: Et pro præpositione pro ut in magnum monumentum dedi. Et pro ad: ut impulit in latus. Et aliquando significat ad locum: ut in urbem uado. Aliquando in loco: ut in urbe maneo.

Sub significat supra: ut ter flamma subiecta reluxit. Et infra: ut subiecit caudam. Et prope: ut deinde sub ipso ecce uolat. Et in ut

ſub ingenti templo. Et pro ante: ūt ſub lucem.
Et per: ut ſub noctem cura recurſat. Et aliquan
do ſignificat ad locum: ut poſteſq; ſub ipſos.
Aliquando in loco: ut ſub luce maligna. Et in
compoſitōe modo localem uim retinet: ut ſub
duco: modo diminutiuā: ut ſubrideo.

Super ſignificat de: ut multa ſuper priamo rogi-
tans. Et pro: ut nil ſuper imperio moueor. Et
inſuper: ut. Ecce ſuper mœſti magna diomedis
ab urbe: Et deſuper: ut. Hæc ſuper euallo ꝓſpe-
ctāt troes. Et ſupereſt: ut. Neq; enī fuga ſup ul-
la pericli. Et ultra: ut ſup garamantas & indos.

Subter tam accuſatiuo: q̄ ablatiuo iungitur: ut
ſubter denſa teſtudine: & ſubter illud.

¶ PRAEPOSItionis diuiſio CAPVT. V.

Præpoſitio in tres partes diuiſa eſt: nam alia con
iunctiua: alia ſeparatiua: & alia communis.

Coniunctiua præpoſitio eſt: quæ in compoſitio-
ne loquellis tantū deſeruit.

Coniunctiuæ præpoſitiones ſunt ſex. ſ. diſ: di: re:
ſe: am: & con.

Diſ. ſignificationem habet ſeparatiuam ut diſpo
no. Et iungitur dictionib. a. c. p. ſ. t. uel. i. con-
ſonante īcipientib. ut diſcedo: diſpono: diſſen-

tio:distraho:& disiungo. F. uero sequente: mutatur in eam: ut differo.

Di: significationē habet separatiuam: & iungitur dictionib. a reliquis consonantib. incipientib. ut dirimo.

Re: significat retro: a quo per apocopen factum uidetur: ut respicio.

Se. significationē habet separatiuam: ut seduco: Et abnegatiuam: ut securus.

Am significat circum: ut amplector: quod græci ἀμφὶ καὶ τὸ αμ dicunt.

Con: significat simul: ut compono: comparo.

Separatiua præpositio est: quæ in appositione tantum casib. seruit: & loquellis.

Separatiuæ præpositiōes sunt duodecim. s. apud citra: circa erga: extra: infra: iuxta: penes: prope secundū: ultra: & supra.

Communis præpositiones: quæ tam in cōpositione q̄ in appositione reperiunt̄ sunt reliquæ omnes: quæ ad. xxxii. numerum ascendunt.

NOTANDVM.

Postremo in fine huius capitis: anteq̄ ad coniunctionem ueniamus quinq; notare debemus.

Primū. Si pars orationis casualis præpositionem

sequatur præpopositionis uim habebit præpositio, ut ante templum: post ripam. Si uero nō casualis pars sequatr: in uim aduerbii transibit præpositio: ut ante fecit: posthabeo.

Secundū: Præpositiones postpositæ: si casum suum seruent: adhuc præpositiones sunt: ut transtra per & remos. Si aūt casum mutent: fiunt aduerbia: ut longo post tempore uenit.

Tertium præpositiones: ambiguæ quotiens pro aliis præpositionib. ponunt: illis casib. seruiūt: quib. illæ: pro quib. ponunt: ut in tyrannū: p contra tyrannū: & sup priamo: pro de priamo.

Quartum: Separatæ præpositiones acuunt: ut apud. Coniunctæ uero casib. aut loquellis: uim suā sæpe cōmutant: & graues fiūt: ut an lucem

Quintū: Præpositiones compositæ: aut uerba cū quib. cōponunt: corrumpunt: ut confacio conficio. Aut ipsæ corrumpunt: ut adfero: affero. Aut corrumpunt & corrumpunt: ut subcapio (suscipio.

CONIVNCTIO.

CAPVT PRIMVM.

Coniunctio est pars orationis adnectens: ordinansq; sententiam.

Coniunctio dicta est ab eo: quod elocutionē con

iungat. (gura & ordo

Coniunctionis accidentia sunt tria.s.potestas: fi

POTESTAS.CAPVT.II.

Potestas coniuctionis est qualitas: quæ eius significationem: officiūq; in cōstructione ostendit.

Potestas cōiunctionis in decem & octo partes diuisa est: ut infra patebit.

Copulatiua est: quæ sensum & uerba cōiungit: ut disertus & sapiens fuit cicero.

Causalis est quæ cum affirmatine causam explanat: ut ambulat: ut moueat̃. Hæc aūt in quattuor partes diuidit̃ in cōtinuatiuā.s.subcontinuatiuam: adiunctiuam: & effectiuam.

Continuatiua est: quæ continuationē: ac rez̃ cōsequentiam ostendit.s.si stertit: dormit.

Subcontinuatiua est quæ causā continuatōis ostendit: cū rez̃ essentia cōsequentē: ut quando ambulat: mouetur.

Adiunctiua ē: q̃ sic esse: uel nō esse dubitans: subiunctiuis uerbis adiungit̃: ut si ueneris: faciam

Effectiua ē: quæ ex causa procedentem significat effectum: ut doctus sum nam legi.

Approbatiua est: quæ rem approbat & affirmat ut equidem merui.

Disiunctiua ē quæ quanuis uerba disiungat: sensum tamen coniungit: alterum negans: alterū uero affirmans: ut tu es doctus: : uel indoctus.

Subdisiunctiua ē: quæ licet uocem habeat disiūctiuæ: utrunq; tamen esse significat: uel simul ut alexander siue paris: uel discrete: ut tota die legit uel scribit.

Disertiua uel electiua est quæ ex diuersis propositis aliquid eligi ostendit: ut diues uolo esse q̄ pauper.

Aduersatiua est: quæ aduersum conuenienti significat: ut quanq̄ indocte: tamen libenter:

Abnegatiua est: quæ rem: aliqua causa impeditā fieri nō posse ostendit: ut legerē: si libros hrēm

Collectiua: rationalis: uel illatiua est: quæ ex præmisso sermone rationē ostendit: ut tu es homo ergo mortalis; (aut ꝓdest: aut nō.

Dubitatiua est: quæ dubitationem significat: ut

Interrogatiua est: quæ dubitationē cum interrogatione significat. ut eloquar an sileam?

Distributiua est: quæ diuersis diuersa distribuit: ut ego lego tu uero dormis.

Diminutiua est: quæ diminutionē significat: ut si non potes legere: saltem scribe.

Completiua ē: quæ ornatus causa uel metri: nulla significationis necessitate ponitᷣ: ut eniuero (daue.

FIGVRA. CAPVT. III.

Figura coniunictionis est accidens quo simplex a composita discernitur dictione.

Figura cōiunctōis ē duplex. s. sīplex: & cōposita.

Simplex cōiunctōis figura est quæ solā puramq; dictionē ostendit: ut uero.

Composita cōiunctōis figura ē quæ alteri adhærentem dictionē ostendit: ut eniuero. Hæc aūt accentu: cognosci potest.

ORDO. CAPVT. IIII.

Ordo coniunctōis ē q̄litas: quæ demrat: quæ præponi: quæue supponi cōiunctio debeat.

Ordo cōiunctōis ē triplex. s. præpositiuus: subiūctiuus: & cōmunis.

Præpositiuus coniunctōis ordo est: quo apparet: utrum præpositiua sit coniunctio: ut nam.

Huius aūt ordinis coniunctōes sunt. xvii. s. ac: at ast: & atq; aut: uel nec: neq;: si: quin: quatenus sin: seu: siue: ni: nisi.

Subiunctiuus coniunctōis ordo est: quo apparet utrum subiunctiua sit coniunctio: ut q;.

Huius aūt ordinis coniunctōes sunt. vii. s. quidē

quoq; :aũt:uero:que:ue:ne:quas græci ἐγκλη τικασ uocant:hoc est inclinatiuas.

Cõmunis cõiũctõis ordo ẽ:quo apparet:utrũ' præponi & subiũgi possit cõiũctio:ut itaq;:nanq;.

Huius aũt ordinis sunt reliquæ omnes.

CONIVNctionis diuisio CAPVT.V.

Cõiunctõ in tres partes diuisa ẽ:nam alia principalis.alia sub sequens:& alia media.

Principalis cõiunctio ẽ: quæ in oratõis principio ponit':ut.Sed qui te uiuũ casus: age fare uicissĩ Per anastrophen tamẽ quandoq; postponit'.

Subsequens cõiunctio est: quæ in orõnis medio ponit':ut terrasq; tractusq; maris.

Media cõiunctio est: qua utralibet parte posita: sine uitio coniungit' oratio: ut disces si legeris & si legeris:disces.

INTERIECTIO.CAPVT.PRIMVM.

Interiectio est pars oraciõis:affectũ mentis incondita uoce significans. (partib.ẽ interiecta.

Interiectio dicta ẽ ab ĩteriaciendo: qa aliis orõnis

Interiectionis accidens ẽ unicũ.s.ptãs uel significatio

POTESTAS.CAPVT.II.

Potestas interiectõis ẽ q̃litas:q̃ mentis affectus significationẽ ostendit.

Potestas interiectionis in.xx.partes diuisa est ut infra patebit. (mihi qualis erat.
Lugentis ptãs ẽ q̃ luctum in se significat: ut hei
Dolentis ptãs ẽ: q̃ ĩ alio dolorẽ ostendit: ut ueh.
Gaudentis ptãs ẽ: quæ animi gaudiũ significat: ut euax: ho plaudite. (ut hei.
Timentis ptãs ẽ: q̃ aĩ pauorẽ seu timiditatẽ oñdit
Indignantis ptãs ẽ q̃ aĩ indignatõnẽ significat: ut proh iuppiter. (pe hem quid est?
Admirãtis ptãs ẽ: q̃ admiratõnẽ significat: ut pa-
Ridentis ptãs ẽ: q̃ risum ostendit: ut hahahe.
Deridẽtis ptãs ẽ: q̃ delusionẽ notat: ut hui tã cito
Cõmiserãtis ptãs ẽ: q̃ aĩ cõmiserationẽ significat: ut. Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plãtas
Exclamantis ptãs ẽ q̃ aĩ affectũ ad exclamationẽ significat.: ut O curas hominũ.
Excreantis ptãs ẽ: q̃ excreationẽ significat: ut ah.
Hortantis ptãs est quæ hortatum significat: ut eya age rumpe moras.
Laudantis ptãs ẽ: q̃ laudationẽ alicuius. & aĩ erectionem significat: ut Euge serue bone.
Vitantis ptãs est q̃ alicuius abdicationẽ ostendit: ut apage a me. (ut ehodũ ad me.
Vocantis ptãs est q̃ alicuius aduocationẽ notat:

Silentis ptās ē quæ silentiū significat: ut si.

Intentius aliquid demonstrātis, potestas est quæ demonstrationem significat: ut enī.

Ex improuiso aliqd deprehendētis ptās ē quæ cū aliqli admiratione pfertur: ut atat hoc illud est.

Optantis potestas est quæ animi desideriū notat ut o si ueniat cæsar.

Obiurgantis ptās est quæ alicuius obiurgationē ostēdit: ut ha uirgo īfœlix: q̄ te demētia cœpit?

NOTANDVM.

Postremo in fine huius capitis q̄ttuor notāda sūt.

Primū: Suū ē interiectōis abscondita uoce pferri

Secundū. Pleræq; interiectiones communes sunt omniū gentium uoces naturales.

Tertiū: Quicqd animus orationi inseruerit: quo detracto: textus integer remaneat: numero interiectionis accedit.

Quartū: Accentus ī īteriectionib. certi esse nō possunt: ut fere in aliis uocib. quas inconditas īuenimus.

Explicitus est liber secundus: de octo partib. orationis: & earū accidentib. Incipit liber tertius de uirtutib. & uiciis: seu logi schematis.

SCHEMA.

¶SCHEMA CAPVT PRIMVM.

Schema est cõformatio seu sententia quædam ab usu cõmuni remota.

Schema in tres partes diuidit̃ in figurã.s.uitia & (uirtutes.

¶FIGVRA.CAPVT.II.

Figura est aliqua arte nouata dicendi ratio.

Figura bipartita ẽ:alia enĩ dianœa:& alia lexeos.

Dianœa figura est quæ sensũ magis:q̃ uerba designat Διάνοια enĩ græcæ:cogitatõ uel ĩtellectus significat:Hæc uero ad oratores tm̃ attinet.

Lexeos figura est ordo uerbo℞:aliter q̃ debet figuratus:metri:aut decoris:aut emphasis gratia.

Lexeos figura ẽ triplex.s.dictionis:locutõis:& cõ(structionis.

¶FIGVRA DICTIONIS.

Dictionis figura ẽ quæ circa dictões tm̃ attendit̃.

Dictionis figura in metaplasmo consistit.

Metaplasmus autẽ est transformatio quædã recti solutiq; sermonis.in alterã speciẽ:metri aut decoris causa figurata.

Huius species sunt.xxi.ut infra patebit.

Prosthesis ẽ appositio quædã litteræ uel syllabæ ad dictõis principiũ:litteræ: ut gnato pro nato syllabæ:ut tetuli pro tuli.

Epenthesis:uel pleonasmus:uel epectasis est ap

positio quædā littere uel syllabæ ad dictiōis mē diū : litteræ: ut relligione patrū: pro religione: syllabæ: ut induperatur pro imperator.

Proparalepsis ē: quū aliquid ad nouissimā partē dictiōis accedit: ut admittier orat pro admitti.

Paragoge ē: quū ad ultimā simplicis dictiōis clausulā aut lrā iungit aut syllaba: littera: ut hostis pro hosti apud plautum: Syllaba: ut potestur pro potest.

Aphæresis ē ablatio litteræ uel syllabæ de dictōis principio prosthesi cōtraria. Litteræ: ut ruit oīa late pro eruit. Syllabæ: ut. Mittite pro ōmittite

Sincope ē ablatio de media dictionis: epenthesi contraria: ut noram pro noueram.

Apocope ē ablatio litteræ uel syllabæ de fine dictionis: proparalepsi contraria uel paragoge: litteræ: ut dic pro dice. Syllabæ: ut mi pro mihi.

Ectasis ē contra rationem correptæ syllabæ extensio: ut. Exercet diana choros.

Sistole ē contra rationem productæ syllabæ correptio: ut aquosus orion.

Diæresis est unius in duas syllabas facta diuisio: ut aulai in medio: pro aulæ.

Episynalœpha ē conglutinatio duarum syllabarum in

unã: diæresi cõtraria: ut æripedem ceruam pro aeripedem.

Synalœpha ẽ: p interemptionẽ cõcurrẽtiũ ĩ diuersis dictionib. ĩter se uocalium: lubrica quædam leuisq; collisio: ut Carthago italiam contra.

Ecthlipsis uel ellipsis est collisio quædã difficilis cõsonantiũ: in diuersis dictionib: cũ uocalibus aspere concurrentiũ: ut multũ ille & terris iactatus & alto.

Antithesis uel antistœchon est litteræ pro littera positio: ut pœni pro phœni.

Metathesis est litterarũ ordo mutatus: ut euandre: pro euander.

Paralloge τῶν προθέσεων est: quũ alia q̃ debet: præpositio ponit̃: ut cui tm̃ de te licuit: p in te.

Hyphen est: quũ una dictio alteri coniungit̃: ut antemalorum.

Diastole est: quũ una dictio ab alia disiungitur: ut eneas neq; enĩ patrius consistere mentem.

Peripleroma ẽ: quũ aliq̃ particula: nõ ppt̃ sensũ: sed propt̃ metrũ uel ornatũ additur: ut multũ ille & terris iactatus & alto: ille: enĩ sr̃habũdat.

Sinæresis ẽ: quũ duæ uocales: in eadem dictione positæ: in unam cogunt̃ earũ: ut di pro dii.

Crassis est: quū duæ uocales: in eadē dictione po/sitæ: in unā ab illis alienā uertunt: ut ola ꝓ aula

¶FIGVRA locutionis. CAPVT. III.

Figura locutiōis ē: quæ circa orationes: & senten/tias uersatur.

Figura locutionis in. xxvi. partes diuisa ē: ut infra patebit.

Prolepsis ē pronūciatio rerū: ordine secutarū nu/mero prius reddito: ut Continuo reges: ingenti molle latinus: Vel quū id quod posterius acce dit: ante tempus ascribit: ut montē sacrū atq; auētinū īsedit: qui postea sacer dictus ē: quod illum plebs insederat.

Zeugma ē unius uerbi conclusio: diuersis clausu lis cōiuncta: Est aūt triplex Zeugma. s. Hyper zeugma: mesozeugma: & hypozeugma.

Hyperzeugma ē: quū uerbum unū præponit: ad quod sequētes sēsus cōferant: ut Vicit pudorē libido: timorem audatia: rationem amentia.

Mesozeugma ē: quū uerbū unū ī medio sensuū loco positū reperitur: ut. Trouigena: interpres diuū: q nuīa phœbi: Qui tripodas clarii: lau/rus: q sidera sentis: Et uolucrū pēnas: & præpe/tis omnia pennæ.

Hypozeugma ē: quū uno uerbo sensus clauduntur: ut diuitiæ inuidiam: uirtus gloriam parant.

Hypozeuxis ē figura: zeugmati contraria: ubi diuersa uerba singulis clausulis adiunguntur: ut Regem adit: & regi memorat: nomenque genusque.

Syllepsis est dissimiliū clausularum per unū uerbum conglutinata conceptio: ut Iam pater æneas: & iam troiana iuuentus Conueniunt.

Anadiplosis est congeminatio dictōis ex ultimo loco præcedentis: & sequentis principio: ut Sequitur pulcherimus astur: Astur equo fidens.

Anaphora ē eiusdem uerbi relatio: per plurimorū pricipia uersuū: ut Natæ meæ uires: mea magna potētia. Solus. Natæ patris summi: Vel cū elocutio nō cōuenieter respondens: aliud refert occulte: ut Sed antea item cōiurauere pauci: in quib. catilina: de qua q̄ breuissime potero dicā: dequa: hoc est: coniuratione.

Epanalepsis ē cū maiore significato facta repetitio: ut Heu heu fugaces posthume posthume. Labuntur anni: Vel quū eadem dictio & principium uersus & clausulam tenet: ut Ante etiā sceptrum dictæi regis: & ante.

Epizeuxis uel epimone est eiusdem uerbi in eodē

uersu: sine aliq̄ dilatione congeminatio: ut Me me: adsum qui feci: ĩ me cõuertite ferrũ.

Paronomasia est quum dictione iterata mutata littera: aut syllaba: simili nomine: diuersa utimur significatione: ut Incœptio est amentiũ: haud amantium. Vel quũ præcedenti nomini aut nomen aut uerbum per denominationem annectitur: ut pugna pugnata est.

Schesisonomaton uel synthisionomaton ẽ quũ singulis nominib. epitheta coniuncta sunt: ut marsa manus: peligna cohors: festina uirũ uis. Vel quũ in sententiarũ cpnnexu plures ponunt anotomasiæ: ut armipotens tritonia uirgo.

Paronomeõ ẽ. quũ uerba similit incipiũt: ut Machina multa minax: minatur maxima muris.

Homotoleuton est oratio pari uerborum exitu finita, ut bella horrida bella.

Homoptoton est cum ĩ casus similes exeunt uerba diuersa: ut mœrentes: flentes: lachrymantes commiserantes.

Polyptoton est multitudo casuũ: uarietate distincta: ut Littora littorib. cõtraria: fluctib. undas.

Hyrmos est dictionum series: uniformis: unius casus tenorem ad clausulam usq; custodiens:

ut Principio cælum: ac terras: camposq; liquentes. Lucétemq; globum lunæ: titaniaq; astra. Spiritus intus alit.

Polysintheton: est oratio: plurib. connexa coniunctionibus: ut Athanasq; thoasq; pelidesq; neoptholemus: primusq; machaon.

Dialyton: asyntheton micrologia: uel brachyologia é figura: superiori contraria: quæ fit in oratione diuersa: coniunctionib. carente: ut Ferte citi flammas: date tela: impellite remos:

Endiadis est quũ fixum nomen in mobile soluit̃ ut Per famã & populũ nigros efferre maritos: pro per famosum populum.

Hypallage est: quũ aliquid p contrariũ dicimus ut dare classib. austros: pro classes austris.

Emphasis est: quum fixum pro mobili ponit̃: ut scelus: pro sceleste.

Prosopopeia uel somatopeia: est quũ sermo reb. mutis tribuit̃: ut quũ cælũ: aut t̃ra loq̃ ĩtroducit̃

Antipophora é quũ tacitæ occurrimus quæstioni ut Omĩa nãq; tuo senior: te q̃rere misso. Rettulerat nato nestor.

Aposiopisis est: quũ p irã uel doloré: partem silemus orõnis: ut si ego fustem sumpsero.

Diasyrmos ē: quū una dictio ad duo significata trahit̄: ut inter strepere anser olores: Vel quum magna uerbis minuūtur: & minima extollun tur: ut quoꝝ æmulari exoptat negligentiā po tius q̄ istorum obscuram diligentiam.

Schesis ē multitudo incōiunctoꝝ nominū ī eadē oratione: ut Nubila: nix: grandoq3: procellæ: flumina: uenti.

Clymax uel gradatio ē: quotiēs ab eo: quo sensus supior terminat̄: inferior incipit: ac deinceps: quasi per gradus: idem dicendi ordo seruat̄: ut Torua leæna lupū sequit̄: lupus ipse capellam Florentem cythisū sequitur lasciua capella. Te coridon o alexi.

¶FIGVRA constructiōis. CAPVT. IIII.

Figura cōstructionis est: quæ circa grammaticas constructiones uersatur. (patebit.

Figura cōstructiōis ī octo partes diuisa ē: ut infra

Prolepsis uel præsumptio ē: quū toti: in suas par tes diuiso una: proprietas attribuitur: ut mili tes pugnant: unus in hostes: alter in patriam.

Syllepsis uel cōceptio ē quū dign⁊ cōcipit minus dignū: & una proprietas subiectis diuersorum accidentiū attribuitur: ut ego & tu legimus.

Zeugma ē: quū una proprietas diuersorum sub iectis accidentiū tribuit̃ uni p prius: & alteri p posterius: quæ tñ cū propiore cōcordat: ut ego & tu scribis

Synthesis ē: quū proprietas uni subiecto uel pluribus copulatis tribuitur: nō gratia uocis: sed significati: ut triste lupus stabulis: & anser fœta.

Antiptosis ē: quū casus pro casu ponit̃: ut urbē: quam statuo: uestra est.

Euocatio est: quū prima uel secūda psona tertiā euocat: ut ego uirgilius cano.

Appositio ē: quū una proprietas duob3 subiectis sine copula attribuit̃: uni. s. notiori: aut magis cōmuni: & alteri minus: ut ignauū fucos pecus

Aduerbia ſignificantia de loco ſũt iſta. ſ. hinc: illinc: iſtinc: intus: foris: unde: inde: ſuperne: inferne: cælitus: funditus utrinq;: & omĩa cõpoſita ab unde: & inde: ut ſicunde: exinde.

Hæc regula duas partes habet.

Prima: Nomĩa propria loco℞: ſignificãtia de loco

ꝑ aduerbiis ĩ ablatiuo ponũt᷑:ut uenio rhoma.
Secunda: Nomĩa appellatiua: & propria uirorũ prouinciarũ:regionũ: & insularũ:ꝑ nominib: in ablatiuo ponunt᷑:cum a uel ab:de:e:uel:ex: ut ab urbe uenio:de græcia:& a cæsare.

PER LOCVM.CAPVT.V.

Aduerbia significantia ꝑ locum sunt ista.s.hac: illac: istac:utraq3:ea:q̃:& omia cõposita ab ea
Hæc r̃gula duas partes hét. (& q̃:ut alia:neq̃:siq̃
Prima: Nomĩa ꝓpria locoꝝ:significãtia ꝑ locũ: ꝑ aduerbiis ĩ ablatiuo ponũt᷑ ut trãseo rhoma
Secunda:Nomina appellatiua:& propria uiroꝝ prouinciarũ: regionum:& insularum:pro nominib:in acτõ ponunt᷑ cum per:ut transeo per urbem:ꝑ albionẽ:& per locum ĩ quo est scipio

VERSVS LOCVM.CAPVT.VI.

Aduerbia significantia uersus locum:sunt ista.s horsum: illorsũ:istorsũ:sursũ uel susum uersus:quorsũ dextrorsũ:sinistrorsũ deorsum uersus: utroq3 uersus:quoque uersus:omnia composita a quorsum:ut nequorsum.
Nomĩa tã ꝓpria q̃ appellatiua:significãtia uers⁊ locũ: ꝑ nomĩb.ĩ acτõ ponũt᷑ ꝑ⁊posita uers⁊ ut uado rhomã uers⁊:foꝝ uersus:& marcũ uersus

¶VSQVE AD LOCVM. CAPVT. VII.

Aduerbia significantia usq; ad locum sũt ista. s. hucusq;: istucusq;: illucusq; quousq;: & oĩa ab eis composita: ut alicusq;.

Hæc regula duas partes habet.

Prima: Nomina propria locorum: significantia usq; ad locũ: pro nominib. in acc͠o ponunt̃: cũ usq;: ut uado usq; rhomam.

Secunda. Nomina appellatiua: & propria uiroꝝ prouinciarũ: regionũ: & insularũ. ꝑ nomĩb. in acc͠o ponũt̃ cũ usq; ad: uel usq; ĩ: ut uado usq; ĩ urbẽ & usq; ad flaminiã: & usq; ad pompeiũ.

¶REGIMEN. participii. CAPVT. I.

Participiũ est pars orationis quæ duarũ partium quæ sũt eximiæ: in toto sermone: uerbi. s. & nominis uim participat.

Hæc regula octo partes habet. s. terminationem formam: significationem: uulgare: resolutionẽ regimen: transmutationem: & cõsequentiam.

¶Terminatio. Caput. ii.

Terminatio participii est octuplex: nam participiorum alia in. ans. desinunt: ut amans. Alia in. ens. ut legens. Alia in. rus: ut lecturus. Alia in. tus. ut amatus. Alia in. sus. ut lesus.

Alia in.xus. ut pexus. Alia in.uus: ut mortuus
Alia in.dus.ut amandus. In.ans.uel in.ens.de
ſinētia participia præſentis & præteriti imperfecti
temporis ſunt: ut amans: & legens.

In.tus.in.ſus.in.xus.uel.in.uus.deſinentia participia: præteriti primi & ſecūdi tēporis ſūt: ut amatus: leſus: pexus & mortuus.

In.rus. uel.in.dus.deſinētia participia futuri tēporis ſunt: ut amaturus: & amandus.

¶Forma.caput.iii.

Forma participiorum eſt quadruplex.

Prima: Participia in.ans.uel in.ens. deſinentia: formant̃ a prima pſona inchoatiuæ ſpeciei.bā in.ns.uerſa: ut amabā amans: legebam legens:

Secunda: participia ī.rus.deſinētia ab ultimo ſupino formant̃ addita.rus.ut amatu amaturus

Tertia: Participia ī.tus.uel in.ſus.uel in.xus.deſinentia: ab ultimo ſupino formant̃: addita.s ut āatu amatus: leſu leſus: pexu pexus: In.uus autē unum inuenit̃.ſ.mortuus: quod irregulariter formatur a ſupino.moritu.

Quarta: Participia in.dus. deſinentia a genitiuo præſentis participii formant̃.tis.in.dus.uerſa: ut amans.tis.amandus.

¶SIGNIFICATIO.CAPVT.IIII.

Significatio participioꝝ eſt ſexcuplex.ſ.actiua: paſſiua:media:cōis:deponens:& imperſonalis

Actiuæ ſignificationis participia ſunt duo.ſ.pn̄s ut amans:& futurū: ut amaturus.Preť eā quæ carēt ſupīs q̄ pn̄s tm̄ participiū hn̄t:ut diſcens.

Paſſiuæ ſignificatōis participia ſť duo.ſ.præteritum:ut amatus:& futuꝝ:ut amandus.Preť ea quæ carent ſupinis:quæ futurū tantū participium habent:ut diſcendus.

Mediæ ſignificatōis participia ſūt duo.ſ.pn̄s ut nocens:& futurū ut nociturus.Preter tranſitiua quæ q̄ttuor habent participia:duo.ſ.actiua ut arans & araturus:& duo paſſiua: ut aratus & arandus.Et preter uerba ſecundæ coniugationis præteritum ī.ui.facientia:quæ præſens tantum participium habent:cum careant ſupinis ut caleo calui calens:exceptis aliquib. ut placeo placiturus.Et preter quædā media:quæ tria habent participia:ut fio fiens factus & futurus de quib.ſuperius dictum eſt.

Cōmunis ſignificationis participia ſūt quattuor duo.ſ.actiua: ut largiens & largiturus & duo paſſiua:ut largitus & largiendus.Præteritū tn̄ participiū duplicem habebit conſtructionem.ſ

actiuã & passiuã: ut hortat⁊ te: & hortatus a te.

Deponentis significationis participia sunt tria. s. præsens ut sequens: futuꝝ ut secuturus: & præteritũ: ut secutus: quod in uoce passiua significationẽ tantũ actiuam admittit. Preter ea quæ carent supinis quæ præsens tm̃ participiũ habebunt: ut medens. Et preter ea: quæ tanq̃ actiua construunť quæ & in. dus. participiũ habebũt ut sequendus.

Impersonalis significationis participia ĩ usu nõ st: tñ apud auctores sæpissime repiũť ut ptesus

VVLGARE. CAPVT. V.

Vulgare participiorũ ẽ quadruplex. s. præsentis: præteriti: futuri actiui: & futuri passiui.

PRAESENTIS.

Presentis participii uulgare est quĩcuplex. s. lezendo lezente: lezendose: quando lezo: & che lezo: de quib. exempla traduntť in hũc modũ.

Lezendo piero: io imparo. Exempla.
legente petro: adisco.

Piero lezente: me piace.
petrus legens mihi placet:

Lezendose uirgilio da piero: io imparo bene:
legente petro uirgilium: optime disco.

Quando:leze piero:io imparo.
petro legente:adiſco.
Piero:che leze:e docto.
petrus legens doctus eſt.

¶PRAETERITI.

Præteriti participii eſt uulgare q̃druplex.ſ.lecto che eſta lecto.quando eſta lecto:& hauendo lecto. ¶Exempla.

Lecto uirgilio:io imparo.
lecto uirgilio:adiſco.
Virgilio:che eſta lecto:e utele.
uirgilius lectus:utilis eſt.
Quando eſta lecto uirgilio:io ho imparato.
lecto uirgilio:didici.
Hauendo lecto uirgilio:tu ſei uenuto.
lecto uirgilio ueniſti.

¶FVTVRI ACTIVI.

Futuri actiui uulgare eſt quincuplex.ſ.pdouer lezer: plezer:che lezero: ho a lezer: & hauendo a lezer. ¶Exempla.

Piero:per douer lezer uirgilio:e docto.
petrus:lecturus uirgilium:doctus eſt.
Eſſendo piero plezer uirgilio:io me aliegro.
cum petrus ſit lecturus uirgiliũ:ego gaudeo.

Piero che lezera uirgilio: e docto.
Petrus lecturus uirgilium: doctus est.
Io ho a lezer uirgilio.
Ego lecturus sum uirgilium.
Hauendo io a lezer uirgilio: me aliegro.
Cum lecturus sum uirgilium: gaudeo.

¶ FVTVRI PASSIVI.

Futuri passiui uulgare est nonuplex. s. per douer essere lecto: p essere lecto: che sera lecto: hauendose a lezer: hauendo ad esser lecto: sedie lezer: die esser lecto: ho ad essere lecto: & in lezer.

¶ Exempla.

Virgilio per douer esser lecto da piero: e utele.
Virgilius legendus a petro: utilis est.
Essendo p esser lecto dali maistri me aliegro.
Cum legendus sim a doctorib. gaudeo.
Virgilio: che sera lecto dapiero: e utile.
Virgilius legendus a petro utilis. est.
Hauendose a lezer dapiero uirgilio: io imparero.
Cum a petro legendus sit uirgilius: ego discam.
Hauendo io ad esser lecto dati: me aliegro.
Cum a te legendus sim gaudeo.
El se die lezer uirgilio datuti.
Legendus est uirgilius ab omnib.

Virgilio de esser lecto da piero.
Virgilius legendus est a petro.
Io ho ad esser lecto da ti.
legendus sum abs te. (tēpus cōsumo:
In lezer uirgilio io cōsūo tēpo. In legēdo uirgilio

NOTANDVM

In fine huius capituli: tria notanda sunt.

Primo: ꝙ plerunq; accomodatꝰ participiū uerbo cui adiungitꝰ: ut quando io te insegnaua: tu imperaui. Me docente tu discebas. Item: quādo io te īsignero: tu imparerai. Me docente tu disces.

Secūdo: ꝙ si daretꝰ thema ꝑ participiū: quod uulgare suū nō hr̃et: tunc aut ad participiū eiusdē temporis recurratꝰ: aut resoluatꝰ ī uerbū: ut Hauendoti io amato: tu doueresti recordar te. Cū ego te amauerim: aut te amato a me

Tertio si daretꝰ thema ꝑ participiū quod nō repeteriatꝰ: illud tale resoluatꝰ ī uerbū: ut: ut hauendo te io seruito: tu doueresti amarme Quoniā tibi inseruiui: uel cum tibi inseruiuerim.

RESOLVTIO. CAPVT. VI.

Resoluitꝰ aūt oīe participiū in relatiuū & uerbū pretꝰ ea: q̄ ī cōsequentia ponuntꝰ: ut amans ꝑ q amat uel amabat Vñ nōdu ē: ꝙ si tale relatm̄

in ntõ poni debeat: participiũ admitti potest: ut petrus q legit: petrus legens. Si uero in casu obliquo poni debeat: nullatenus participiũ admittit᷑ sed ĩ uerbũ resoluit᷑: ut piero seruito dami: e docto: petrus cui inseruiui doctus est.

¶REGIMEN. CAPVT. VII.

Eosdem casus exigunt post se participia: quos & sua uerba: ut amãs petꝝ: inseruiẽs petro: carens (pecũia

¶TRANSmutatio. Caput. VIII.

Participiũ qnqꝫ mõis ĩ nom̃ trãsmutat᷑. s. cõstructione: cõparatõe: cõpositõe: tẽporis amissione & uulgaris mutatõe

Constructõe: qñ cũ alio casu cõstruit᷑ q̃ eius uerbum reqrat: ut alieni appetens: sui profusus.

Comparatione: qñ ex se cõparatiuũ uel suplatiũ format: ut amantior: amantiss.

Compositione: qñ dictiõi adiũgit᷑: quæ cũ uerbo suo non cõponitur: ut innocens: indoctus.

Tẽporis amissiõe: qñ amissa r̃solutõe nullũ tẽpꝰ significat: ut amãs: nõ q ãat: sed amore captus

Vulgaris mutatione: qñ amisso uulgari aliud significat: ut amãdꝰ: nõ q amabit᷑: sed dignꝰ amari: & pret᷑ missurꝰ: nõ q pret᷑mittit: sed q aptus (ẽ ad pret᷑mittẽdũ

¶CONsequẽtia. Caput. IX.

Si participiũ ĩ cõsequentia fuerit ponat̃ in septi-
mo casu: ut Lezendo piero: io imparo. Legente petro ego disco. Si uero participiũ nõ reperiat̃: resoluat̃ in uerbũ: cum dum: donec: uel postq̃ ut uenuto el caldo io me a fadigo. Postq̃ uenit æstus: ego laboro.

REGIMEN NOMINIS.

Regimen nominis in quinq; partes diuisum est: nam nominũ quæ ad constructionẽ spectant: aliud cõparatiuũ: aliud suplatiuũ: aliud relatiuum: aliud p̃ronymicũ. & aliud anomalũ.

COMPARATIVVM. CAPVT. I.

Comparatiuũ nomen est illud: quod ad unũ uel ad plures: tam sui: q̃ alieni generis comparatũ: cũ intellectu positiui uel cũ aliquo eius participe sẽs?: magis aduerbiũ significat: ut albior magis albus & ulterior magis ultra: q̃ ille q ẽ ultra

Hæc regula quinq; partes habet. s. deriuationẽ: formam: diminutionẽ: regimen: & abusionem

Deriuatio.

Deriuatio comparatiui est quincuplex.

A nominib: ut doctus doctior.

A uerbis: ut detero. is. deterior: hoc ẽ minus bonus: & potior potiris: hic & hæc potior: & hoc

potius; quod etiã a potis accipere possumus.
A participiis; ut amans amantior: quæ qñ com
parant̃ in uim nominis transeunt
A præpositionib. quæ locales appellant̃: ut ex
Ab aduerbiis; ut pridem prior. (tra exterior.

Forma.

Forma comparatiui tres regulas habet.

Prima. Nomĩa adiectiua secũdæ declinatõis: a ge nitiuo addita. or. faciunt cõparatiua: ut doctus doctior. Pret̃ nomĩa: hñtia uocalẽ ante: us. quæ de usu: p magis formant cõparationẽ: ut pius magis pius. Et pret̃ bonus melior: malus peior: magnus maior: paruus minor: multus plus: de xter dexterior: sinister sinisterior: q̃ mũificus mu nificentior: beneficus beneficentior: & similia: quæ secundũ antiquã formã: a nomĩb. in ens desinentib. fiunt.

Secũda. Nomĩa adiectiua tertiæ declinatõis: a da tiuo addita. or. faciũt cõparatiua: ut fortis for tior: preter iuuenis iunior: p sincopẽ. Et pret̃ ha bentia uocalẽ ante. is. quæ de usu: p magis for mant comparationẽ: ut tenuis: magis tenuis.

Tertia: A præpositõib. in. ra. mutata. ra. in. er. & addita. ior. fiunt comparatiua; ut intra interior.

Post similit̃ & ante posterior & anterior faciũt:
Prope tñ propior facit. Cætera aũt comparati/
ua: magis irregulariter formantur.

¶ Diminutio.

A comparatiuis mediis addita. culus. fiunt dimi/
nutiua: ut maius maiusculus: hoc ẽ paulo ma

¶ REGIMEN. (ior:

Comparatm̃ reqrit post se septimũ casũ ex natu
ra cõparatõis: ut cæsar fortior pompeio. Pret̃ q̃
in qnq; casib. Primo: qñ cõparatio ad duos fit:
ubi reqrit gtm̃: ut duoꝝ fratꝝ maior est marius
Secundo: qñ nõ ĩuenit̃ septimus casus: ut dul/
cius ẽ mare ponticũ: q̃ cætera maria. Tertio: qñ
inter ipsa adiectiua fit comparatio: ut ego sum
magis albus q̃ niger: & non nigro. Quarto: qñ
inter ipsa uerba fit comparatio: ut plura audio
q̃ credo. Quinto: qñ dictio: a qua fit exceptio: ẽ
in ntõ: ut diomedes fuit fortior: q̃ troiani oẽs:
preterq̃ hector.

Comparatm̃ etiã reqrit post se ntm̃ cũ q̃ loco se/
ptimi: Pret̃ q̃ ĩ qnq; casib. Primo qñ inter duos
fit cõparatio ut dictũ ẽ. Secũdo: qñ nõ inuenit̃
nomĩatiuus: ut nihil potẽtius ditione tua. Ter
tio: qñ relatiuũ est terminus cõparatõis: ut uir/

tus qua nihil est homini melius. Quarto qñ ponit̃ cũ dictõe negatĩa: ut nullo hoĩe sis tardior. Quĩto: qñ dictio a qua fit exceptio fuerit ĩ ablatiuo: ut diomedes fuit fortior omnib. troianis: preterq̃ hectore.

Cõparatiuũ etiã aliũ septimũ hr̃e põt: ex natura quãtitatis excessus: ut sũ longior te uno digito.

Comparatiuũ quoq; oms̃ casus hr̃e potest quos suũ positiuũ ex natura positiui: ut lectio ẽ utilior tibi omni uoluptate.

¶ Abusio.

Abusio fit in comparatiuis quattuor modis. s. cõstructione: significatõe: cõparatõe: & formatõe

Constructõe: quũ partitiue denunciat̃: & gtõ iungitur: ut sciẽtiarũ nobilior ẽ astronomia. Secũdum græcos autẽ elegantius dicemus: scientiarũ nobiliss. est astronomia. Nam ad duos tm̃ græci comparatm̃ referũt: supl atm̃ uero ad plures.

Significatione tripliciter. Aut quum comparatiuus pro positiuo ponitur: ut senior pro senex.

Aut quũ minus significat positiuo: & nulli cõparat̃: ut tristior pro sub tristis. Aut quũ minus significat positiuo: & ad cõtraria cõparat̃: ut mare ponticũ dulcius q̃ cætera: hoc ẽ minus amarũ:

Cõparatõe triplicitet. Aut quũ ſuplatio cõparatiuus cõpat᷑: ut hectore fortiſſĩo achilles fuit fortior. Aut quũ alio cõparatio cõparat᷑: ut fortior achilles hectore: fortiore patroclo. Aut quũ ad diuerſas qualitates compatat᷑: ut nix albior coruo. Ad bonã enĩ comparationẽ quattuor requirunt᷑ res. ſ. cõparata: res cui comparet᷑: qualitas & quæ qualitas cõmunicet cũ utroq;: ut hector fortior troianis.

Formatione: quũ ſubſtãtiua: uel pronomĩa comparantur: ut neronior: & ipſior.

¶ SVPERLATIVVM. CAPVT. II.

Superlatiuũ nomen eſt illud: quod ad plures tm̃ ſui generis comparatũ: ſupponitur omnib. uel p ſe prolatũ: habet intellectũ poſitiui cum ualde aduerbio: ut achilles fortiſſ. græcoꝝ ſup om̃s græcos fortis: fortiſſ. cæſar. i. ualde fortis.

Hæc regula tres partes habet. ſ. deriuationẽ: formã: & regimẽ.

¶ Deriuatio.

Deriuatio ſuplatiui eſt quincuplex.

A nomib. ut doctus doctiſſ.

A uerbis: ut detero deterrimus: potior potiſſ.

A participiis: ut amans: amantiſſ.

A præpoſitionib. ut extra extremus.

Ab aduerbiis: ut pridem primus.

¶ Forma.

Forma superlatiui quattuor regulas habet.

Prima: Nomĩa adiectĩa ĩ.er.a ntõ addita.rimus faciunt suplatiua: ut niger nigerrimus. Pret̃ dexter dextimus: sinister: sinistimus.

Secũda. Nomĩa in.us. secũdæ declinatõis: a gtõ addita.s.&.simus. faciũt suplatiua: ut doctus doctiss. Pret̃ bonus optimus: malus pessimus: magnus: maximus: paruus minimus: multus plurimus: munificus: munificentiss. beneficus beneficentiss. & similia. Et preter maturrimus quod a matur antiquo nomine deriuari uidet̃.

Tertia: Nomĩa ĩ.is. tertiæ declĩatõis a gtõ addita simus: faciũt suplatiua: ut fortis fortiss. Preter facilis: agilis: gracilis: humilis: similis: & sua cõposita: quæ a ntõ remota.is.& addita limus.faciũt suplatĩa: ut facilis facillimus. Et preter nomĩa ĩ.bris. termĩata q̃ mutata.ris.ĩ.r.addita rimus.faciũt suplatĩa: ut salubris saluberrimus Vetus quoq; ueterrimus suplatiuũ facit tanq̃: a ueter positiuo antiquissimo.

Quarta: A præpositõib.in.ra. mutata.ra.ĩ.imus fiunt suplatiua: ut intra intinus. Preter supra

ſupremus: extra extremus: extimus tñ dicebant antiqui. Poſt ſimilit᷑ poſtremus facit: & prope proximus: quod pro cognato poſitũ comparat᷑ abſq; ſuplatiuo. Cætera aũt ſuplatiua magis irregulariter formantur.

REGIMEN.

Superlatiuũ requirit poſt ſe gtm̃ pluralẽ: uel ſingularẽ nomĩs collectiui: ex natuta ſuperlatõis: ut cæſar fortiſſ. rhomanoꝝ: uel populi rhomani. Q̃m̃s quoq; caſus habere poteſt: quos ſuũ poſitiuum ex natura poſitiui: ut ditiſſimꝫ. agri phœnicum.

NOTANDVM.

In fine huius capituli tria notanda ſunt.

Primo: Elegantius referimus cõparatiuũ ad duos & ſuperlatiuũ ad plures. Dicimus enĩ. Aiacum fortior fuit telamonius: & nõ fortiſſ. Et rhomanoꝝ fortiſſ. cæſar: & non fortior. Illud tamẽ ſciendũ eſt: quod aliqñ etiã comparatiuũ refertur ad plures ſed nõ ad totum genus: nam ſuperlatiuum totum genus reſpicit: ut apud uirgiliũ.
Pigmalion: ſcelere ante alios immanior omnis
Quos intermedius uenit furor.

Secundo: Dubitando uel ĩterrogando: utrũ: com

paratiuo: quod: superlatio iungimus: dicimus enim. Queritur utrum sit melius. Et quid sit optimum:

Tertio: Quisq; superlatiuo: om̄is aūt semper cō paratiuo iungit᷑. Dicimus enī: optimus quisq;: & om̄is melior. Illud tn̄ notandū ē: quod q̃sq; etiā nūeralib. nomīb. adiūgit᷑: & illis positiuis q̄ suplatiua nō formāt: ut decimo quoq; anno & quisq; pius. h; tn̄ ī usu ē suplatm̄ pientiss.

¶ RElatiuum. Caput. III.

Relatiuū nomē est illud: quod rem ante latā itez refert

Relatiuū est duplex. s. substantiæ & accidentis:

Relatiuū substantiæ ē illud quod añcedens substantiuū refert: ut petrus qui.

Sunt aūt relatiua substātiæ undecim. s. quis uel qui: is: suus: ipse: sui: ille: & idem: alius: alter: reliquus: & cætera: cæterum.

Quis & quid nunq̄ ponunt᷑ relatiuæ. Sed semp īterrogatiue: ut quis ēs tu? quid agis?: Vel infinite: ut nescio quis sis: aut quid agas.

Qui: & quæ: ponunt᷑ aut relatiuæ: ut Sum pius æneas: raptos qui ex hoste penates classe ueho mecū. Aut interrogatiue: ut Sed uos: q tandē? Aut infinite: ut nescio quem diligas.

Is & idē ponūť ȓlatīe; ut deus diligit bonos & ego eū colo. Aut redditīe: ut is q deū colit ē bonus.

Suus: & sui semp reciproce ponunť: ut pr̄ amat filios suos.

Ipse poniť aut relatiue ī tertia p̄sona: ut ego deū colo: & ipse benefacit mihi. Aut demr̄atiue: ut ego ipse: tu ipse.

Ille poniť relatiue: ut ego deum colo & illū cupio uidere: Aut redditiue: ut ille qui legit: discit.

Alius ponitur relatiue: ut uideo petrū: & alios homines: aut discretiue: ut ego sum alius a te. Vel diuisiue: ut hominū alii boni: alii mali.

Alter eisdem modis ponitur. Sed differūt: nā alius de plurib. alter uero de duob. diciť: sicut uter de duob. & quis de plurib. interrogatiua sunt.

¶PARTITIVA.

Vn̄ sciendū est q̄ ad uter respōdēdū ē pronomīa de duob. dicta: ut uterq;: alter neuter: & similia Ad quis aūt respondēdū ē pronomīa de plurib. dicta: ut om̄is: nullus: nemo: alius: q̄sq;: & similia.

¶Relatiua accidentis.

Relatiuū accidentis est illud: quod an̄cedens adiectiuū refert: ut qualis ego: uel cluuienus.

Sunt aūt relatiua accidētis decē: ut infra patebit.

Qualis significat qualitatẽ: cui rñdent adiectiua qualitatẽ significantia: ut iustus: qualis cæsar.

Quantus significat quantitatẽ continuam cui respondent adiectiua: eandẽ quãtitatẽ significantia: ut summus quantus iuppiter.

Quot significat quantitatẽ discretã numeralem cui respondent nomĩa numeralia: ut decem uidi: quot cæsar.

Quotus significat quantitatẽ discretã ordinalem cui respõdẽt nomĩa ordinalia: ut primus: quotus pompeius.

Quotenus significat quantitatẽ: in pares numeros diuisiuã: ut imus bini: quoteni uos.

Quotennis significat quantitatẽ discretã annoꝝ cui rñdent nomĩa ab anno composita ut decennis quotennis cato.

Quotuplus signifcat quantitatẽ discretã ponderis uel mensuræ: cui rñdẽt nomĩa põderalia: ut libyci sume duplũ tritici: quotuplũ suburbani

Quotuplex significat diuisionẽ uel multiplicationem formæ: cui rñdent nomĩa multiplicitatẽ significantia: ut duplex læna: quotuplex toga.

Cuius significat possessorẽ. cui rñdẽt nomĩa possessiua: ut troius ensis: cuia est galea.

Cuias significat gentē uel patriā: cui respōdēt nomina gentis uel patrie: ut sarmata cuias tu.

Multa quoq; his adiiciunt relatiua: sed ī usu nō sūt nec omnia: tñ apud auctores reperiuntur.

NOTANDVM.

In fine huius capituli sex notanda sunt.

Primo: Mille secundū geliū singularis ē numeri: & pluralē facit millia. Sed in hoc differūt: quia mille adiectm̄ esse potest substantm̄: dicimus enī mille hoīes: & mille hominū: Millia aūt sē per substātiuū ē: dicimus enī duo millia hominum: nō hoīes: Vnde dicere nō possumus duo mille: sed duo millia.

Secūdo: Relatiua īcipiētia a.c. uel a.q. ponuntur aut relatiue: ut albus: qualis tu: aut īterogatiue ut qualis es tu? Aut īfinite: ut nescio qualis sis.

Tertō: Redditiua īcipiētia a.t. aut: ponūt aut relatiue copula mediāte: ut sū albus: & talis es tu Aut redditiue: ut ego sū talis q̄lis tu es: Aut infinite: quū sequitur cōiunctio: quod uel ut: ut ego sum talis: quod non egeo opera tua.

Quarto: Relatiua geminata: ut quisqs: uel assumētia cūq;: ut qcunq;: aut uim hn̄t relatiui: cū añcedente distributiō: ut qcūq; legit: discit: id ē

omnis q legit: discit: Aut ui tm̄ relatiui hn̄t: ut deus omīa: quæcūq; uoluit fecit: p̄ quæ uoluit Aut uī tm̄ hn̄t distributiui: ut diligo quęcunq; hoīem: hoc ē: omnē hominē: Aut ponū́t īfinite ut Quicquid erit: supāda oīs fortuna ferēdo ē.

Quīto: Hic: is: iste: & ille inter se differūt: nā hic: significat rē p̄ximā loquēti: Is magis remotā Iste rē proximā audiēti: Ille uero remotā ab utroq;.

Sexto: Relatiuū elegātius cū sequēte q̄ cū antecedente substātiuo cōcordat: ut Est locus ī carcere quod tullianū appellat́: Et oēs tenues: atq; humiles: q̄ maxīa multitudo ī populo appellat́:

PATROnymicū. CAPVT. IIII.

Patronymicū nom̄ est illud: quod a propriis tantūmodo deriuat́ patrū uel auo℞ nomīb. secundū formā græcam: & significat cū genitiuo primitiui filios: uel nepotes: ut æacides: filius uel nepos æaci. (mā: & abusionē.

Hæc regula tres partes habet. s. deriuationē: for-

Deriuatio.

Deriuatio patronymici est decuplex.

A patre: ut pelides: pelei filius achilles.

A matre: ut phyllirides: chyron phylliræ filius:

Ab auo: ut æacides: achylles: æaci nepos.

Ab auia: ut ledæa: hermionæ ledæ neptis.
Ab auo materno: ut atlātiades mercurius: atlantis natæ filius.
A fratrib. ut phætontiades: phætontis sorores.
A maiorib. ut belides: palamedes: a beleo.
A filiis: ut meleagris: althea meleagri mater.
A maritis: ut menelais: helena: menelai uxor.
A uictrico: ut amphitrionides.

¶Forma.

Forma p̄ronymicoꝝ in duas partes diuisa ē. s. masculinoꝝ: & fœmininorum.
Masculinoꝝ forma quinqꝫ regulas habet.
Prima. Si primitiuū est declinatōis primæ. æ. genitiui uertit̃ in a. & addit̃. des. ut anchisæ anchisades: Anchisiades tamen dicunt poetæ.
Secunda. Si primitiuū est declinatōis secundæ: & genitiuus in. i. solū desinat: genitiuo addit̃ tantum. des. ut marci: marcides.
Tertia. Si primitiuū est declinatōis secundæ: & genitiuus in duo. ii. desinat: ultimū. i. uertit̃ ī a. & addit̃. des. ut uirgilii uirgiliades.
Quarta: Si primitiuū est declinatōis secundæ: & genitiuus in. ei. desinat. ei. uertit̃ in. i. longū: & additur. des. ut pelei: pelides.

Quinta: Si primitiuũ ẽ declinatõis tertiæ: dtõ tm̃ additur. des: ut nestori: nestorides.

Fœmininorum forma duas regulas habet:

Prima: Fœmĩna p̃onymica formant̃ a masculis remota. de. ut priamides priamis. In nomib. ãt secundæ declinatõis mittentib. gtm̃ in . ei. geni tiuo primitiui addit̃. s. sola. ut pelei peleis.

Secũda: Fœminina p̃onymica: in. ne. terminata formant̃ hoc modo. Si primitiuũ habuerit. i. ĩ ntõ. o. producta repit̃ ĩ p̃onymico añ. ne. ut a' crisios acrisione. Si uero primitiuũ nõ habuerit i. in ntõ: tunc. i. producta reperit̃ in patronymi co ante. ne: ut adrastis: adrastine.

Masculina p̃onymica sũt declinatõis primæ: ut petrides: petridæ. Fœminina uero tertiæ: & sũt perittosyllabica: ut peleis peleidis: uel peleidos.

ABVSIO.

Abusio quoq; fit in patronymicis duob. modis: s additione & diminutione.

Additione quũ aliquid contra regulã additur: ut peliades: pro pelides. (ænides: p̃ æneades.

Diminutõe: quũ aliqd contra regulã minuit̃: ut

ANOMALVM. CAPVT. V.

Anomalũ nomẽ est illud: quod aliorũ nominum

regulam non ſeruat.

De anomalis ſatis ſupq; ĩ primo libro tractatũ eſt Nunc aũt ſciendũ: quantũ ad cõſtructionẽ ſpectat triplex eſſe anomalũ. ſ. tm̃ ſingulare & tm̃ plurale: & defectiuũ. Vñ & tres quoq; tradent̃ regulæ.

Prima: Si detur thema in plurali p anomalũ: tm̃ ſingularit̃ declinatũ: fiat p ſingularẽ numeꝝ & relatiuũ multiplicitatẽ ſignificãs: ut uidi triplicem fumũ: nã tres fumos dicere nõ poſſumus: licet apud poetas inueniat̃.

Secunda: Si detur thema ĩ ſingulari p anomalũ tm̃ pluralit̃ declinatũ fiat p pluralẽ numeꝝ: & relatiuũ diuiſiuũ: ut ſingula ſponſalia fecimus nam unũ ſponſaliũ dicere nõ poſſumus.

Tertia: Si detur thema p anomalũ defectiuũ: ĩ eo caſu: in quo defectiuũ eſt: fiat p aliũ caſũ ſimilem cũ relatiuo: multiplicitatẽ ſignificante: ut utor triplici uino. nã trib. uinis dicere nõ poſſumus.

FIGVRA. CAPVT. VI.

In fine iſtius libri ſciendũ: aliquando de neceſſitate circa prædictas cõſtructiones uitia cõmitti. quæ figuræ appellantur. Vnde de ipſis mentionem facere opus eſt.

Figura igitᷣ cōſtructōis ē aliq̄ arte nouata dicendi ratio: quæ circa grāmaticas conſtructōes uerſatᷣ

Figura conſtructionis in octo partes diuiſa eſt: ut infra patebit.

¶PROLEPSIS.

Prolepſis ē attributio proprietatis toti: ī ſuas partes diuiſo: ut milites pugnant: unus in hoſtes: alter in patriam.

In prolepſi requiruntᷣ qnq̄. ſ. totū: partes: determinationes partiū: proprietas: & ordo.

Duplex eſt prolepſis. ſ. explicita: & implicita.

Explicita prolepſis eſt in qua ſunt quinq̄ requiſita: ut aquilæ uolant: una ad ad orientem: altera ad occidentem.

Implicita prolepſis eſt: in qua nō ſunt quinq̄ : requiſita: ut homines inuident: alter alteri.

¶SYLLEPSIS.

Syllepſis eſt diuerſarū dictionū ſub plurali proprietate conceptio: ut æneas & achates gradiūtᷣ.

In ſyllepſi requiruntᷣ quinq̄. ſ. dictio concipiens dictio concepta: copula: & q̄ proprietas concordet cum dictione concipiente.

Duplex ē ſyllepſis. ſ. directa: & īdirecta. (legimus

Directa ſyllepſis ē q̄ fit p ſīiles caſus: ut ego & tu

Indirecta syllepsis ẽ: quæ fit p̄ dissimiles casus: ut ego tecum scribimus.

In quattuor accidentib; fit syllepsis. s. in genere: numero: persona: & casu.

In genere: dignius genus concipit minus dignũ: ut rex & regina fausti. Verũ tñ aliquãdo minus dignũ concipit dignius: gr̃a maioris significati ut ensis: lorica: & arma fortia.

In numero: pluralis concipit reliquos numeros: ut ego & uos legimus.

In persona: dignior p̄sona concipit minus dignũ ut ego & tu scribimus.

In casu: nomĩatiuus concipit ablatm̃ cum præpositione cum: ut ego tecum currimus.

ZEVGMA.

Zeugma est unius proprietatis ad diuersas dictiones facta redditio: ut ego & tu scribis.

In zeugmate requirũt̃ quinq;. s. aliqua substãtia diuersa: copula: proprietas: redditio p̄prietatis uni per prius: & alteri p̄ posterius: & quod proprietas cõcordet cũ eo: cui attribuit̃ p̄ propius.

Triplex ẽ zeugma. s. hypzeugma: mesozeugma & hypozeugma.

Hyperzeugma ẽ: quũ proprietas præponit̃: ut lego ego & tu:

Mesozeugma ē: quum proprietas interponitᷣ: ut ego lego & tu.

Hypozeugma est: quū proprietas postponitᷣ: ut ego & tu legis.

In tribus. accidentib. fit zeugma. s. in genere: numero: & persona.

In genere: ut rex & regina fausta.

In numero: ut hic illius arma: hic currus fuit.

In persona: u t ego & tu scribis.

SYNTHESIS.

Synthesis est attributio proprietatis uni: uel pluri b. copulatis: nō gratia uocis: sed significati: ut pars in frusta secant.

In synthesi requiruntᷣ tria. s. unum subiectū uel plura copulata: proprietas: attributio proprietatis concordans cum significato tantum.

In duobus accidentib. fit synthesis. s. in genere & (numero.

In genere: ut anser fœta.

In numero: ut populus currunt.

Antiptosis ē attributio casus pro casu: ad aliquā proprietatem: ut de aqua nō est.

In antiptosi requiruntᷣ tria: s. unum subiectum: una: proprietas: & quod casus ponitur pro casu

EVOCATIO.

Euocatio ẽ attributio proprietatis cuidam rei de/ mĩatæ per demonſtrans: ut ego uirgilius cano.

In euocatione requiruut̃ quattuor. ſ. dictio euo cans primæ uel ſecundæ perſonæ: dictio euoca ta tertiæ: abſentia copulæ: & proprietas.

Appoſitio eſt ĩmediata cõiunctio ſubſtantiuorꝫ ut cæſar uir fortis.

In appoſitione requirunt̃ tria. ſ. dictio apponens dictio appoſita: & proprietas.

Tribus modis fit appoſitio.

Primo: gratia generalitatis reſtringendæ: ut: ani mal: homo currit.

Secũdo: gratia equiuocationis tollendæ: ut canis (ſtella lucet.

Tertio gr̃a proprietatis attribuendæ: ut cæſar uir (fortis.

¶ SYNECDOCHE.

Synecdoche eſt proprietas partis: ſuo tributa toti ut æthyops albus dentes.

In ſynecdoche requirunt̃ tria. ſ. totũ: pars in actõ poſita: & proprietas.

¶ EXPLICITVS EST LIBER QVARTVS DE grammaticis conſtructionibus. ¶ Incipit li ber quintus de dicendi elegantia: ſeu exegetica ¶ GRAMMATICA.

EXEGETICA GRAMMATICA.

CAPVT. PRIMVM.

EXegetica est narratiua grammatica: quæ ad lectionis officia pertinet.

Exegetica grãmatica in oratione cõsistit

Oratio est structura uerborũ: composito exitu: ad clausulã terminata.

Clausula uero ẽ cõpositio uerbo℞ plausibilis structuræ exitu termĩata

Oratio est duplex. s. soluta & metrica.

Soluta oro est pedestris uerbo℞ structura: a sublimi poeticæ sede descendens: quæ priscine nõ ĩmemor suauitatis: paucis quibusdã astricta ẽ numeris: poetico perfusa sapore.

Soluta oro ĩ qnq; partes diuisa ẽ: ĩ latinitatẽ. s. discretionẽ: elocutionẽ: pnũciationẽ: & modulationẽ.

LATINITAS. CAPVT. II.

Latinitas ẽ incorrupta loquẽdi obseruatio: secundum rhomanam liguam.

Latinitas in quattuor partes diuisa est: in naturã: s. analogiã: consuetudinẽ: & auctoritatem.

Natura est uerborũ omniũ proprietas: quæ ĩmutabilis existens: nequaq̃ aut minus aut plus tradit nobis: q̃ qd accepit: ut scribo: qd ẽ scribo nõ analogiæ uirtute: sed ipsi⁊ naturæ cõstitutione.

Analogia est ordinatio sermonis a natura proditi secundū artis præcepta: ut sciamus in scripsi. b littera potius utendū esse: q̄ p. cum exordium uerbi quod est scribo. b. obtineat.

Consuetudo est pars: nō analogiæ ratione sed uiribus sola recepta: quæ multoꝝ consensiōe conualuit: ut domui pro domu.

Auctoritas est regula loquēdi nouissima: ad quā ubi omnia defecerint: tanq̄ ad anchoram decurrimus: ut æneis: quod pro æneas protulit uirgilius: nō ratione: natura: aut consuetudine. Sed tm̄ opinio ē: ꝙ si interrogetᷣ: cur fecerit: nesciet.

DIVisio consuetudiNIS.

Consuetudo in duas partes diuisa est: in necessitatem & officium.

NECESSITAS.

Necessitas est necessaria artis exercitatio circa inferiora: docens quid in unaquaqꝫ eius parte efficiendum sit.

Necessitas grāmaticæ in tres partes diuisa est in sententiam. s. chriam: & ethologiam.

Sententia est sermo uniuersalis & electus: quem græci παραλογαν dicunt.

Sentententia est duplex. s. scholastica & theatralis.

Scolastica
Sententia Theatralis

Scholaſtica ſententia eſt ſermo officioſus utilis & honeſtus: notatione dignus: ut apud plautū Omnia adſunt bona: quem penes eſt uirtus.

Theatralis ſententia eſt ſermo magis probabilis q̄ honeſtus: ludis theatralib. aptus: ut apud terentiū. Obſequiū amicos ueritas odium parit.

In huiuſce ſententiæ exercitatione: uerſus primo ſoluere diſcant adoleſcentes: mox mutatis uerbis interpretari. tū periphraſi audacius uertere: qua & breuiare quædā: & exornare: ſaluo modo poetæ ſenſu: facile permittiur.

CHRIA.

Chria eſt uocū mutationis uſus: quo cæteros imitantes auctores ad ſupiora facilius aſcendimus

Chriarum genera ſunt tria. ſ. ſimile ſententiæ: reſponſiuum: actiuum.

Chria ſententiæ ſimilis eſt: quæ in ſimplici uoce ponitur: ut cato dixit: aut dicere ſolebat.

In huiuſce chriæ p caſus exercitatōe: nomīatiuus trahit uerbū tertiæ perſonæ. Vocatiuus uero ſecundā perſonā accipit: ut in exemplo.

Ntō caſu. M. portius cato dixit: litterarū radices amaras eſſe: fructus iucundiores.

Gtō caſu: M. portii catonis dictū fertur: litterarꝫ

radices amaras esse: fructus iucundiores.
Dtō casu. M. portio catoni placuit dicere: lrãꝝ radices amaras esse: fructus iucundiores.
Actō casu. M. portiũ catonẽ dixisse ferunt: lrãrũ radices amaras esse: fructus iucundiores.
Vtō casu. O. M. porti caro: ne tu egregie dixisti: lrãꝝ radices amaras esse: fructus iucundiores.
Ablatiuo casu. A. M. portio catone dictũ accepimus: litterarũ radices amaras esse: fructus iucundiores.
Septimo casu. M. portio catone dicente discimus lrãꝝ radices amaras esse: fructus iucundiores.
Eodem modo & in plurali numero.

RESPONSIVA.

Chria responsiua est: quæ in respondendo consistens interrogatum: cum hoc ei dictum esset: respondisse testatur.
In huius quoq; chriæ per casus exercitatione eadem quæ & in superiore seruantur: ut in exemplo.
Ntō casu: Demosthenes orator atheniensis: interrogatus quomodo factus sit: respondit: plus uino impendens oleum.
Gtō casu: Demosthenis: oratoris atheniensis: in

terrogati: quomodo orator factus sit: responsū fertur: plus uino impendens oleum.

Dtō casu: Demostheni oratori atheniensi: interrogato: quomodo orator factus sit: respondere placuit: plus uino impendens oleum.

Actō casu: Demonsthenē: oratorem atheniensē: interrogatū: quomodo orator factus sit respondisse ferunt: plus uino impendens oleum.

Vtō casu: O demosthenes: orator atheniensis: interrogate: quomodo orator factus sis: ne tu egregie respondisti: plus uino impendens oleū.

Ablatiuo casu. A demosthene: oratore atheniensi interrogato: quomodo orator factus sit responsum accepimus: plus uino impendens oleum.

Septimo casu: Demosthene oratore atheniensi: interrogato: quomodo oratot factus sit: respōdente discimus: plus uino impendens oleum.

Eodem modo & in plurali numero.

¶ACTIVA.

Chria actiua est quæ cū quis nō dixisset: aliquid tamen fecisse testatur

In huius similiter chriæ per casus exercitatione: eadem quæ & in superiorib. seruanda sunt: ut in exemplo.

Ntõ casu. Crates cum indoctum puerũ uidisset: pedagogum eius percussit.

Gtõ casu: Cratis ĩdoctũ puerũ uidentis: præclarꝫ facinus fertur: pedagogum eius percussisse.

Dtõ casu: Crati indoctum puerum uidenti: pedagogũ eius percutere placuit.

Actõ casu: Cratem indoctum puerũ uidentem: pedagogum eius percussisse ferunt.

Vtõ casu: O crates ne tu egregie indoctum puerꝫ uidens: pedagogum eius percussisti?

Ablatiuo casu: A crate indoctum puerũ uidente pedagogum eius percussum fuisse accepimus.

Septimo casu: Crate indoctũ puerũ uidente: pedagogumq; eius percuciente: quid ĩ pueris erudiendis obseruandum sit: discimus.

Eodẽ mõ & ĩ plurali nũero. Et inhis oĩb. declĩatio p eosdẽ ducit̃ casus: & tã factorꝫ q̃ dictorꝫ una ratio ẽ.

ETHOLOGIA.

Ethologia est sermo in personis constitutus: quo diuersarũ mores gentium explicant̃. In hac quoq; poterũt se exercere iuuenes ꝑut superius ĩ chria expositũ ẽ.

OFFICIVM.

Officiũ ẽ debita artis exercitatio circa maiora docens: qd in unaquaq; eius parte efficiendũ sit.

Officia grāmaticæ in quattuor partib. constant. In lectione. s. narratione: emendatōe: & iudicio

Lectio ē artificialis īterpretatio: uel uaria cuiusq; scripti enunciatio: seruiens dignitati personarū exprimensq; cuiusq; habitum animi.

Narratio: est obscurorū sensuū: quæstionūue explanatio uel exquisitio: p quā uniuscuiusq; rei qualitas poeticis glossulis exsoluitur.

Emendatio est quæ singula prout ipsa res postulat dirigimus æstimantes uniuersorꝝ scriptorū sententiam diuersam.

Iudicium ē: quo omnē orationē recte: uel minus q̃ recte pronunciatā: specialiter iudicamus.

DISCRETIO. CAPVT. III.

Discretio est diuersarꝝ confusarꝝq; significationū plana expositio.

Discretio in tres partes diuisa est in cōtinuationē s. separationem: & lectionem:

Continuatio est rerū contexta dictio: ut scythiam septemq; triones.

Separatio ē secretio rerꝝ: natura iunctarū quæ in ambiguitatē cadūt: ut cum turni iniuria matrē admonuit ratib. sacras depellere tædas. Hic enī mater cū turno adiuncta ē: quæ ambiguitatis

uitandæ causa: separari debet: & sacras tædas abominatæ legendum.

Lectio est uaria cuiusq; scripti cū posituris enunciatio: quæ interlegendū dant copiā spiritus reficiendi: ne continuatione deficiat.

POSITVRAE. LECTIONIS.

Lectioni tres accedūt posituræ. s. distinctio: subdistinctio: & mora.

Distinctio quā græci τελείαν uocant ē silentii nota cū sensu terminata ubi est liber cessare prolixum ita ut neuter sui: indigeat. Et ē huius nota: pūctū supra uersū ad caput lineæ positū: ut Numīa nulla premūt: mortali urgemur ab hoste.

Distinctio fit decem modis.

Primo ante parabolas: ut. Ac ueluti magno ī populo cū sæpe coorta est seditio.

Secūdo ante antapodoses seu redditas: ut urm iā hoc factū reprehendo P. C. nō meū ac pulcherrimū qdē factū uerum ut dixi: nō meū sed uestrum.

Tertio: Cum a psona ad psonā transitus fuerit factus: ut Cæsar gallos subiecerat Pompeius exercitum cæsari dimittere noluit.

Quarto: Ante autē coniūctionē: si ex habūdanti posita nō fuerit: ut cæsar scribit: Aut Tit legis.

Quinto: Ante casũ uocatiuũ: ut huc ades o for-
mose puer.
Sexto: Ante sed coniũctionẽ: ut Cæsar uir fortis-
simus fuit. Sed tyrannus.
Septimo: Ante quoniã: ut doctus es quoniã mul
ta legisti.
Octauo: Ante tunc cessante reddita: seu antapo-
dosi: & supionb. præpositis: ut. Remp. uestrã
amittitis P. C. Hanc inquã remp. quã tanto su
dore comparastis. Tunc eius consulendum erat
saluti: quũ tempus dabat.
Nono: Ante interrogatiua: ut Quis deus o musæ
quis nobis extulit artem?
Decimo: Post ĩterrogatiuã: ut Quis furor o ciues
quæ tanta licentia ferri.

SVBDISTINCTIO.

Subdistinctio quã græci υποςιγμὴν uocant est
silentii nota legittimi qua pronũciationis ter-
minus: sensu manente ita suspenditur: ut statĩ
id quod sequitur succedere debeat. Huius autẽ
nota est punctum: sub uersu positum: ut Me
duce dardanius spartam expugnauit adulter.
Aut ego tela dedi: poni ue cupidine bella.

MORA.

Mora uel submedia: quã græci μέσην uocant: est leuis ĩ cõtinuatõe sensuũ interposita discretio: q̃ respirãdi spaciũ legentib. offert. Est ãt huius nota uirgula: uel geminus punctus: ut est. Vt belli signũ laureati turn⁹ ab arce. Extulit: & rauco strepuerũt cornua cantu: Vtq; acres cõcussit equos: utq; ĩpulit arma: Extẽplo turbati animi

Duabus de causis fit hæc mora. Primo ne cõfundant̃ quæ dicola: & tricola ponunt̃: ut supra.

Secundo: ut actus uerbo℞ emineat & luceat: qui ex aliquo mouet̃ affectu: miseratione: indignatione: uel quadã arctatõe sermonis: ut lectũq; iugalem: qũo perii: sup imponas. Vbi ĩmorandum est & respirandũ sup iugalem: & sic cum υποκρισεως affectu inferendũ. Quo perii.

¶ELOCVTIO. CAPVT. IIII.

Elocutio est idoneorũ uerborũ: & sententia℞: ad ĩuentionẽ accomodatio.

Elocutio in duas partes diuisa est in argumentũ s. & qualitatem.

Argumentũ elocutionis ẽ uerborũ sententia℞q; substantia diuersa.

Argumentum est duplex. s. græcũ & latinum.

¶ARGVMENTVM. GRAECVM.

Græcum argumentũ ẽ secũdũ quinq; idiomata: diuersa uerborũ sententiarũq; connexio.

Græcum argumentũ in quinq; partes diuisũ est. In ionicũ: atthicũ: doricũ: æolicũ: & cõmune.

Ionicum argumentũ: relictis propriis omnib. ac propriis utitur: uersatq; in omnib. tropis.

Atthicum argumentũ breuitati studens: solœcismos admittit: quos cum docti fecerint: nõ solœcismi: sed σχήματα λόγου appellant.

Doricũ argumentũ in singulis partib. orõnis nũc adiectioni nunc breuitati studens: barbarismos facit quos cum sibi uendicauerint docti: metaplasmos appellant.

Aeolicum argumentũ ultra modũ copiosum est & amat p circuitum uerba protendere: & periphrasi res explicare: cuius uitiũ σχημα διανόιασ appellant. (idem sentiunt.

Commune argumentum est illud: in quo omnes

ARGVMENTVM LATINVM.

Latinum argumentũ ẽ secundũ diuersas proprietates: diuersa uerborũ sententiarũq; connexio.

Latinum argumentũ in quinq; partes diuisũ est in rationale. s. artificiale: historicum: glossematicum: & commune

s

Rationale argumentũ est uerborũ cõnexio: secundum eorũ rationẽ: ut infra uidebimus.
Artificiale argumentũ est uerborũ cõnexio nõ secundũ eorꝶ rationẽ: sed artis præceptionem.
Historicum argumentũ est uerborũ connexio historicam imitans præceptionem.
Glossematicũ argumentũ ẽ uerborꝶ cõnexio poeticis glossulis absoluta.
Cõmune argumentũ ẽ uerborꝶ cõnexio secũdũ cõmunẽ loquẽdi usũ.

QVALITAS.

Qualitas elocutionis est uirtus: sine qua nulla secundũ rhomanã linguam proditur elocutio.
Qualitas elocutionis in trib. cõsumit̃: in emendatione: dilucidatione: & ornatu.
Emendatio ẽ emendate loquẽdi regula quæ grãmatices prior ẽ pars: uerbis singulis aut plurib. contenta.
Sermo aũt emendatus erit ratione: uetustate: auctoritate: & consuetudine.
Rationem præstat analogia & etymologia.
Analogiæ uis est ut dubius terminus ad aliquod simile referat̃ comparatione & diminutione.
Comparatio in nominib. aut genus deprehendit aut declinationem.
Genus: ut si q̃rat̃ funis cuiꝫ generis sit: simile illi sit panis.

Declinatio: ũt si queratᷣ domo dicendũ sit in abla
tiuo an domo: simile illi sint manus & anus.
Diminutio genus tm̃ deprehẽdit: ut si q̃ratᷣ funis
cuius sit generis masculini esse funiculus os̃dit
Etymologiæ uis ẽ uerborũ originẽ inquirere: hæc
aliquando usũ habet necessariũ: quũ interpræ-
tatione res de qua queritᷣ eget. (mendat.
Vetera: maiestas quædã: ut sic dixerim religio cõ-
Auctoritas ab oratorib. uel historicis peti solet.
Consuetudo uero certissima loquendi magistra:
utendumq; plane sermone: ut nummo cui pu
blica forma est: In qua ut in superiorib. acre iu
dicium exigitur.
Dilucidatio ẽ aperte loquẽdi regula: quæ ĩ præ-
ceptoꝝ obseruatõe: & cõtrioꝝ uitatõe consistit
Dilucida erit elocutio Si uerba tota exegerit quo-
rum pars deuorari: pars destitui solet.
Ornatus ẽ sententia: artificiose cõposita: ad rho
manæ lĩguæ illustrationẽ aurib. dulcitᷣ accomo
Ornatus uis in sequentib. apparebitᷣ. (data.

PRONVNCIATIO. CAPVT. V.

Pronũciatõ ẽ sciptüraꝝ secũdũ ꝑsõas accomoda
ta dictõis sĩlitudo: quũ aut senis tẽpamẽtũ aut
iuuenis ꝓtᷣuitas: aut fœmĩe ĩfirmitas: aut q̃litas

cuiusq; personæ ostendédũ ẽ: & mores cuiusq; habitudinis exprimendi.

Pronunciatio in duas partes diuisa est: in uocem (s. & gestũ.

VOX.

Vox est uerborũ obseruatio: quæ auditorũ aures mouet: ut leuius ad animũ penetret affectus.

Vox in duas consumit᷑ partes. in naturã. s. & usũ

Natura uocis in quantitate. & qualitate spectat᷑.

Quantitas simplicior est: in summa enĩ grandis aut exigua ponitur. Sed inter has extremitates mediæ sunt species: & ab ima ad summã ac retro multi sunt gradus.

Qualitas magis uaria est: nã alia candida: alia fusca: alia plena: exilis: lenis: aspera: contracta: fusa: dura: flexibilis: clara: obtusa: spiritus quoq; longior breuiorq;.

Vsus multiplex est ratio: nã preter illã drãm quæ est tripartita acutæ: grauis: flexæ: tum intentis tũ remissis: tũ elatis: tũ inferiorib. modis opus est: spaciis quoq; leuiorib. aut citatiorib: & his ipsis media interiacent multa.

Ornata aũt pronunciatio est cui suffragat᷑ uox facilis: magna: beata: flexibilis: firma: dulcis: durabilis: clara: pura: secans aera: aurib. q; sedens.

¶GESTVS.

Gestũs est corporis motus: q̄ auditoꝝ oculos mouet: ut leuius ad animũ penetret affectus.

Gestus in duodecī corporis partib. consumitur.

Primo ī uultu: quo supplices: minaces blandi: tristes: hilares: sũmissi sumus. Quo pendent homines intuent: spectant: etiã añq̄ dicam, Quo preterea quosdã amamus: odimus: plurima intelligimus: qui est sæpe pro omnib. uerbis.

Secundo in oculis: qui hilaritate nitescunt: tristicia nubilum ducunt.

Tertio in supciliis: quæ tristicia contrahunt: hilaritate deducunt: consensu quoq; & recusatione dimittunt aut alleuantur.

Quarto in ore: quo magis q̄ labris loquendũ est.

Quinto ī narib. labrisq; qb. nihil decent oñdi m,

Sexto in ceruice: quæ erecta debet esse: nõ rigida: aut supina.

Septimo in humeris: quoꝝ raro decens alleuatio atq; contractio est.

Octauo in brachiis: quoꝝ moderata proiectio: remissis humeris: atq; explicantib. se in proferenda manu digitis: continuos & decurrentes locos maxime decet.

Nono in manibus; sine quib. trunca esset oratio:

Quarũ optime dextrã a sinistra parte incipiens in dextra deponitur: sed ut ponere: nõ ut ferire uideatur: Sinistra uero nunq̃ sola recte gestum facit: sed dextre se frequenter accomodat.

Decimo: in digitis: quorꝫ medius in policem contractus: explicitis trib. cũ leni in utranqꝫ partẽ motu: simul capite atqꝫ humeris sensim manũ sequentib. principiis utilis est: In narrando certus: sed tum paulo productior: in exprobrando uero & augendo acer atqꝫ instans.

Vndecimo in pectore atqꝫ uentre: quæ ne proiiciantur obseruandum est.

Duodecimo in pedib. in quib. obseruat͛ status & incessus: nam ꝑ lato dextro stare & eandẽ manum ac pedem proferre deforme ẽ. Sed dexter pes a leua auditoris sedentis proferendus est: & ex altera parte: multi gestus necesse est ĩ sinistrꝫ eant: ut ad auditorem spectent.

¶MODVLATIO. CAPVT. VI.

Modulatio est cõtinuati sermonis: in iucundiorẽ dicendi rationẽ: artificialis flexus: indeclinabilẽ auditus formã cõuersus: asperitatis atqꝫ imperitiæ uitandæ gr̃a. (dignitatẽ: & cõpositionẽ.

Modulatio in tres partes diuisa est in elegantiã. s

¶ELEGANTIA.

Elegantia est uenusta uerboꝝ concinitas: dulcem aurib. afferens sonum.

Elegantiæ regulæ: quantũ ad pñs opus ẽ: sũt. xxx

Prima: Laudabit̃ oratio: quæ in uerbũ sæpius: q̃ in aliam orõnis partẽ finiat: ut Sola uirtus est: quæ hominẽ beatum facit.

Secunda: Cõmendabit̃ quoq; oratio: quæ dictionem habeat uniuersalẽ negatiuã in fine: ut quẽ te magis diligã habeo neminem. Vel affirmatiuam: ut quæ uir bonus facit. laudant oĩs. Vel insigne aliquod nomẽ adiectiuũ: q̃lia sũt insignis: egregius: spectatus: magnificus: illustris: ut quæ ad me scribis: sunt egregia. Vel aliquod insigne aduerbiũ: ut quæ mihi iussisti: perfeci omnia diligenter.

Tertia: Laudat̃ orõ illa: q̃m obliquã dicimus: hoc ẽ: q̃ a posteriorib. incipiat dictionib. ut neminẽ pene cõperies: q satis sibi ĩ reb. aduersis constet.

Quarta. A mobili potius nomĩe: q̃ a fixo incipiendũ est. Ita tñ: quod inter mobile & fixũ aliquid interponat̃ dũmodo nõ nimiũ ita separent: ꝗ orationẽ obscurã faciant: ut Nulla satis probata apud suos ciues uirtus est.

Quinta: Si oratio ab apposito incipiat: quod huius relatiui: qui: q̄: quod: sit añcedens: interdū inter relatiuū & antecedens uerbū interponere cōuenit: ut hoïes diligo: q paci ac ocio student.

Sexta: Nōnunq̄ ornatus causa: relatiuū suo añcedenti in eodem casu posito præponit᷑: ut quos in urbe tumultos incitasti: multarū seditionū principium & causa extitere.

Septima. Quandoq; & relatiuū sine antecedente ponitur: ut quæ tua humanitas est: maiorē be⸗ficiorū rationē: q̄ iniuriarū habebis.

Octaua: Aliqñ si añcedens in principio orōnis fuerit: relatiuū post uerbū illud: a quo añcedens regitur: transfertur: ut Cicero eloquentiss. fuit: qui cæteris in dicendo præstitit.

Nona: Rem simplicem elegantius postferimus: illamq̄ exornantes: ut Vir fortis oīa ꝓ rep. adibit pericula: & quidē impigre. Cōmouent᷑ enī auditorū animi uehementius: q̄ si dixissemus. Vir fortis oīa pro rep. impigre adibit pericula

Decima: Sicut ī mediocri figura magis cōuenit rē prius nudam efferre: dehinc uerbis idoneis illā exornare: ut Pōpeius facile omniū rhomanoꝝ tum armis: tū consilio: facile princeps fuit. Ita

ĩ graui figura: ab ornatu initium sumat̃: ut O-
mniũ rhomanoꝶ: tũ armis: tum consilio: facile
princeps magnus pompeius fuit.

Vndecima: Possessor uenuste ante possessionem
ponitur: ut optimi uiri consilium.

Duodecima: Pro gerundiuis modis pulcherrime
participialib. utimur nominib. ut ueni gratia
amandi uirtutẽ: ueni amandæ uirtutis gratia.

Tertiadecima: Relatiuũ uenustius cum sequen
te: q̃ cum antecedente substantiuo concordat
& maxime si propriũ fuerit homĩs uel rei: ut
studia sapientiæ quæ philosophia dicit̃.

Quartadecima: Quũ nomĩs significationẽ auge
re uolumus: p aut pquã: positiuo iungimus: ut
pbeati quinte illi uideri solent: & pquã doctus
uir. Multo uel longe: comparatiuo: ut iusticia
multo uel præclarior est cæters uirtutib. Multo
longe: uel q̃ suplatiuo: ut longe amantiss. nr̃i:
multo hoĩnũ fortiss. & ago tibi q̃maxĩas gr̃as.

Quĩtadecima: Nomĩa pfecta a græcis tertiæ de-
clinatõis & pittosyllabica: uenustius ad aliã du
cunt̃ declinationẽ: ut delphin: delphinus: ele
phas: elephantus.

Sextadecima. Cũ uoluerimus ostendere: aliquid

nobis iucundũ: honestũ: utile esse: dtis substã
tiuorꝫ; quorꝫ adiectiua illa sũt: cũ uerbo sũ es ē:
elegantius utimur: ut hæc res est mihi iucundi
tati: pro hæc res est mihi iucunda.
Decimaseptima: In reb parib. tum uel &: gemina
tum ponit: ut C. lelius plurimũ tũ laude: tũ re
rũ sciētia ualet. Aeneas & fortis & pius fuit. In
imparib. uero: leuius ĩ principio cũ hac dictõe
cũ præponit: grauiꝰ uero cũ hac dictõe tũ pꝰpo
nit: ut Cũ oms fortunati sũt: q bene uiuũt: tũ
pbeati: qui oĩa deserũt & uirtutẽ amplectũt.
Decima octaua: Cũ uero quampiã psonã lauda
re aut uitupare uoluerimus: id trifariam facere
possumus: ut. M. cato uir ē magnæ uirtutis. M
cato uir est magnus uirtute. M. cato uir est ma
gna uirtute. Sed illud primũ magis poetarꝫ est
Postremũ uero splendidissimũ ac perpolitum.
Decima nona: Sæpe participiorꝫ tũ acti casus tũ
septimi locũ tenet infiniti uerbi: ut priusq̃ inci
pias consulto: & ubi consulueris mature facto
opus ē: hoc ē consulere & facere. Et iam ubi ubi
erit inuentum tibi curabo: & mecũ adductum
tuum pamphilum: hoc ē nuenire & adducere.
Vicesima: Cum duo nomĩa: alterũ fixũ & alterũ

mobile: in eodē casu proferri debeāt: sæpissime tertiā mobilis uocē in uim fixam transferimus fixum id prius gtō casu locamus: ut multū pecuniæ pro multa pecunia: paꝝ sapientiæ ꝑ pauca sapientia: satis uirium sufficientes uires: & nihil otii: pro nullū otium.

Vicesīa prīa: Cū duob. fixis idē epitheton adiiciędū sit: mobile in prīcipio collocamus: & subsequentib. fixis tum geminatum uel & præponimus: ut Aphricanus singularis & uir: & imperator: pro singularis uir & singularis imperator.

Vicesima secūda: Aliqñ duoꝝ fixoꝝ alterū uim suā conseruabit alterū adiectionis locū obtinebit: ut cauendū est ab honestate naturaq; discedamus: pro ab honestate naturali.

Vicesima tertia: Plerūq; extrema supina gerundiua actiuæ uocis significāt: ut facile uisu: pro ad uidendum.

Vicesima quarta: Cū aliqd acciderit suplatiuū durius asperiusq; ꝑ suplatiuo positiuū efferamus & ei suplatiuū aptumq; apponemus aduerbiū ut maxime necessariū pro necessariissimum.

Vicesimaqnta. Si quē uolueris mediocriter laudare: dicas exēpli grā. M. antonius præstabat elo-

stinctione: ambiguitate: necessitate: coactione:
infinitate: transpositione: contextu: idiomate:
& apocope.
Distinctione uariat accētus: quū ad alterius simi
lis dictionis differentiā: dictionē in fine acutā
pronunciamus: ut una.
Ambiguitate uariat accēt9: quū ad āphibologiā
tollēdā: nō suo loco ponit accētus: ut īterealoci
Necessitate uariat accentus: quū dictionē sequit
encletica coniunctio: ut te laudo proboq; uel

syllabica adiectio: ut ibidem.

Coactione uariatur accentus: nam ubi supius de circũflexis facta est mentio: de naturaliter longis intelligendũ ẽ. Quia si coacte producerent̃ syllabæ: loco circũflexi: acutũ haberent accentũ ut arma: acanthus.

Infinitate uariatur accentus: nam infinitæ dictiones: contra accentuũ regulam: antepenultimã acuunt: ut aliquando: siqñ: pinde: deinde.

Transpositõe uariat̃ accentus: nã præpositio ĩ ordine orõnis præposita: grauat̃: ut ĩ agro rhomano: postposita uero acuit̃: ut rhomano ĩagro.

Contextu uariat̃ accentus. nã partes orõnis indeclinabiles p se positæ: ultimã acuũt: ut ptinus in contextu uero aliarũ. dictionũ: acutũ mutãt in grauẽ: ut ptinus æneas celeri certare sagitta.

Idiomate uariat̃ accentus: nã quædã repiũt̃ græce dictiones quæ contra accentuũ regulã: sui idiomatis etiã apud latinos accentũ seruant: ut simois: penultima acuta: cũ grauis esse deberet: quia breuis est.

Apocope uariat̃ accẽtus: nã priorẽ accentũ seruãt dictões apocopatæ uel sincopatæ contra accentuũ regulã; ut mercurius mercuri: leniuit leniit

¶PVNCTVS.CAPVT.III.

Punctus eſt ſignū ſegregans:intellectum:& ſpi/ritum recreans prolatoris.

Punctus eſt duplex.ſ.eſſentialis & accidentalis.

¶ESSENTIALIS.

Eſſentialis punctus eſt: qui ſemper in quacunqꝫ ponitur oratione.

Sunt aūt puncti eſſentiales qnqꝫ.ſ.ſuſpenſiuus: geminus punctus:cōma:colon:& periodus.

Suſpenſiuus eſt ſimplex uirgula: q ſolet quietis gratia poni:anteq̄ ſenſus aliquis clauſulæ haberi poſſit:ut mors

Geminus punctus: eſt quo utimur ubi clauſula maiorem quandā quietem habet:& tn̄ ſenſum imperfectū:ut mors obituſqꝫ:

Cōma eſt punctus planus in ſupiori parte lineæ poſitus:uel ī inferiori cū uirgula ſuperiꝰ eleuata: quo utimur: ubi ſenſus nō ē expleto nūero concluſus:ut mors obituſqꝫ:terribilis eſt his·

Colon ē pūctꝰ planus ī inferiori parte lineæ poſitus:quo utimur ubi ſenſus a toto corpore abruptus eſt: ut mors obituſqꝫ:terribilis ē his·;quorum cum uita omnia extinguuntur.

Periodus eſt punctus planus cum uirgula curua

inferius circũflexa: quo utimur in fine clausulæ ut Mors obitusq; terribilis est his·quorũ cum uita omnia extinguunt̃. nõ his·quorũ laus emo ri nõ potest.

¶ACCIDENTALIS.

Accidentalis punctus est: qui nõ semp. sed ex ali quo accidente in oratione ponitur.

Sunt autẽ puncti accidentales quattuor. s. inter rogatiuus: exclamatiuus seu admiratiuus: semi punctus: & parenthesis.

Interrogatiuus est qui interrogationẽ significat: ut Sed uos: qui tandem?

Exclamatiuus seu admiratiuus: ẽ q admirationẽ cũ exclamatione significat: ut Tantæ ne animis cælestibus iræ.

Semipunctus ẽ uirgula: quæ in fine lineæ ponit̃ quũ dictio imperfecta est: cuius pars in sequen tem lineam transit: ut hic.

Parenthesis ẽ ĩterposita orationi sentẽtia duplici signata diastole: ut Nanq; (fatebor enĩ) dum me galathea tenebat.

Explicit liber septimus: de syllabarũ accentib. & punctandi modo. ¶Incipit liber octauus: de metrica oratione: & carminũ qualitatib.

¶METRICA oratio. ¶CAPVT. I.

EXpositis syllabarum quãtitatib. necnõ & earum accentib. ac pũctandi modo quæ ad solutæ q̃ metricæ numeros ptinere uidebant. Nũc iure ad metricam redeundũ est: unñ digressi sumus.

Metrica oratio est: equestris fictæ ueræq; narrationis cõgruenti pede cõposita structura: ad hominũ uoluptatem utilitatemq; accõmodata.

Metrica oro ĩ tres partes diuisa é: ĩ poeticã. s. poema: & poesĩ.

¶POETICA.

Poetica est ars metrica: quæ prima philosophia dicitur: ad corrigendos animi mores excogitata

Poeticæ accidũt tria. s. pes rhythmus & metrum:

¶PES. CAPVT. II.

Pes est metrica constitutio syllabarum.

Pedis accidentia sunt sex. s. regio: cõditio: numerus syllabarũ: tempus: solutio & figura.

¶REGIO.

Regio pedis é qualitas: quæ eius positionẽ ondit

Regio pedis in qnq; partes diuisa est: in arsim. s. thesim: basim: syzygiam: & dipodiam.

Arsis est uocis ablatio: quæ pedem incipiẽs inter tres syllabas conputatur.

Thesis é uocis positio: quæ pedẽ finiens nisi inter

duas syllabas esse non potest: quia duob. ictib⁊ arsis & thesis perquirenda est. (tendit.
Basis ē pedis positio: q̄ ī epitritis & pæonib. tm̄ at
Syzygia est pedū combinatio: quæ in tetrasyllabis contrariis tm̄ attenditur: ut in cretico.
Dipodia est pedū duplicatio: quæ in parib. tetrasyllabis tantū attenditur: ut in diambo.

CONDITIO. (tita.

Cōditio uel ꝓportō pedis ē partitō seu mēsuratō q̄dā tēporis ab ei⁊ arsi ad thesi iisdē spaciis me
Cōditō ped ē. viii. s. æq̄: dupla tripla: epitrita: & sr̄ bipties t̄tias: epitetarta: & sesq̄qnta: & sescupla.
Aequa conditio pedis: quæ dactylica nominat̄ est quotiens pedis sublatio: tēporib. par ē positioni ut in dactylo: anapesto: spondæo: & pyrrhichio
Dactyli enī arsis duo tēpora hēt: & thesis sil̄r duo
Dupla conditio pedis q̄ iābica nomīat̄ est quotiēs pedis sublatio: tēporib. ipar ē positōi: ut ī iambo: trochæo: & duob. ionicis iābi enī arsis unū tempus hēt: & thesis duo. Trochæi aūt ecōuerso arsis duo tempora habet: & thesis unum.
Tripla cōditō pedis ē quotiens ab ei⁊ sublatōe ad positōnē ē ꝓportio tripla: ut ī āphibracho: cui⁊ arsis unū tempus habet: & thesis tria.

Epitrita conditio pedis est: quotiens ab eius subla tione ad positionē est proportio sesquitertia: ut in epitrito cuius arsis tria tempora habet: thesis uero q̄tuor inter q̄ est sesquitertia proportio.

Supbipartiens tertias conditio pedis ē: quotiens ab eius sublatione ad positionem est proportio supbipartiens tertias: ut in anticyprio: cuius ar/sis tria tempora habet: thesis uero quinq; inter quæ est talis proportio.

Epitetarta conditio pedis ē: quotiens ab eius sub/latione ad positionē est proportio sesquiq̄rta: ut in mesobrachi: cuius arsis q̄ttuor tēpora hēt thesis uero qnq; inter q̄ ē proportio sesquiq̄rta

Sequiquinta conditio pedis est quotiens ab eius sublatōe ad positionē ē proportio sesqquinta: ut in cani cretico: cuius arsis sex tempora habet thesis uero quinq; inter quæ est talis ꝓportio.

Sescupla: uel sesquialtera conditio pedis quæ pæ onica nominat᷑: est quotiens pedes: qui tempo rib. quinq; pares sunt: ꝑ bina tempora diuidūt᷑ Duo enī ad tria relata sescuplā faciūt: ut in pæ/one cuius arsis tria tempora habet: thesis uero duo: inter quæ est proportio sesquialtera.

SYLLABARVM NVMERVS.

Numerus ſyllabaꝝ ē cōprehenſio uocū: pedē con ſtituētiū V ñ ex una ſyllaba pes confici nō pōt

Numerus ſyllabarū in pede eſt quincuplex. ſ. duplex: triplex: q̄druplex: qncuplex: & ſexcuplex.

Duplex ſyllabarū numerus eſt quū ex duab. ſyllabis componitur pes: ut deus.

Triplex ſyllabarū numerus eſt quū ex trib. ſyllabis componitur pes: ut carmina.

Quadruplex ſyllabarū numerus eſt quū ex quattuor ſyllabis componitur pes: ut imperator.

Quincuplex ſyllabarū numerus eſt quū ex qnq; ſyllabis componitur pes: ut iraſcibilis.

Sexcuplex ſyllabarū numerus eſt quū ex ſex ſyllabis componitur pes: ut excogitaretis.

TEMPVS.

Tempus pedis ē debita ꝓlationis menſura: q̄ circa longitudinē & breuitatē attendit̄ ſyllabarū.

Tempus pedis in undecim partes diuiſuꝫ eſt. Nā aliud duplex. ut in pyrrhichio.

Aliud triplex: ut in iambo.

Aliud quadruplex: ut in ſpondæo.

Aliud quincuplex: ut in cretico.

Aliud ſexcuplex: ut in moloſſo.

Aliud ſeptuplex: ut in epitrito.

Aliud octuplex: ut in dispondio.
Aliud nonuplex: ut in probrachi.
Aliud decuplex: ut in molosso spondio.
Aliud undecuplex: ut in cretico molosso.
Aliud duodecuplex: ut in dimolosso.
Breuis enī syllaba uni⁊ tēporis ē: longa uero du (or⁊.

SOLVTIO.

Solutio pedis ē quotiēs longa syllaba in duas soluitur breues: uñ soluto spondæi parte secūda: qui primo solus carmen pythium absoluebat: admissus est dactylus.
Pedum solutio una cū reliquis accidentib. in eo⁊ cōnumeratione singilatim inferius exponent.

FIGVRA.

Figura pedis est accidens: quo simplex a composito cognosci, potest.
Figura pedis est triplex. Nam pedū alii simplices alii duplices: & alii heteroplici.
Simplices pedes sunt illi: qui p se sine alterius admixtione: in uersu gradiuntur.
Simplices pedes in duas partes diuiduntur in disyllabos. s. & trisyllabos.

SIMPLICES pedes DISSYLLABI.

Simplices pedes disyllabi sūt quattuor. s. pyrrhi

chius: spondæus: iambus: & trochæus.

Pyrrhichius: dibrachus: bibreuis: tripudians cinesias: uel ægeon. Constat ex duab. breuib. tēporū duū: ut deus. Recipiēs cōditionē æquā: & nullā solutionē. Dictus ē āt pyrrhichius ἀπο της πυριχης hoc ē a saltu militari: q hui9cemōi modulatōis cōpositōi cōuenit: nā breuē syllabā ꝓferētes spūm arctiorem: labris cōcurrentib. explicamus. Vel a pyrrho achyllis filio q crebris & citis modulationib. bis breuit̃ ꝓminentē clypeū genib. incumbens: & p hunc terrorē hostib. imittens inferebat̃: cū enī gradus uolebat breuit̃ accedentis ostētare: mobilē decursionē pyrrhichio pede cōmentus est. Vel qa primus uictoria potitus eo genere metri laudatus est Vel a gradiuo bellonæ filio: q cū p montes & difficilia colliū: concitato cursu capræ more uiatores superaret quotiens predatoria uice crassaret̃: huic pedi similem cursum reperiuit Vel dictus est pyrrhichius παρά τοῦ πυρσου hoc est a flamma ꝙ calore uelocitatis: mobilitatis tripudio: flāmarum acies imitaretur.

Spōdæ9 uel pōtificius. Cōstat ex duab. lōgis tēporū q̄ttuor: ut heros. Recipiēs cōditōnē æquā: &

tres solutiones. Soluit enī in dactylū anapestū & pceleumaticū. Dictus ē aūt spondæus ἀπὸ της σπονδης hoc est a libatione uel sacrificio nam in templis spondaica carmina compone/bant ne libantes sonū abominosæ uocis audi/rent: uel ut duab. longis melodiis: quasi dupli cibus & iugibus uocib. prospera deoꝝ uoluntas firmaret. Vñ & numapōpilius: diuinare solitus hunc pedē pontificiū appellauit: cumq; salios iuniores æquis gressib. circulantes īduceret: spō daico melo: patrios placabat indigetes.

Iambus: daunius: uel gradarius: uersu maledico habilis. Constat ex breui & longa: tēpoꝝ trium ut dies. Recipiens cōditionē duplā: & unā solu tionē: Soluit enī in tribrachū. Dictus ē āt iābus παρὰ τὸ ἰαμβίζειν hoc est a cōtumelia ꝙ male dicti hoc genere carminis utebant. Vel a iamba puella: q̄ turpiter hoc carmīe lacerata: atq; omī genere cōuitii affecta: laqueo uitā finiuit. Vel a iamba niobes āncilla: q̄ cererē: dolore raptæ ꝓser pinæ cruciatam: apudq; heram suā ī attica ho spitatā: hoc carmine laudauit. Vel dicit Iābus quasi Τρίαμβος a triumphatore libero: qui hoc carmine laudatus est. Vel παρὰ τὸ βάλλειν

Numa dicitur pontificius

τοῦ ἰοῦ hoc eſt a teli iaculatione: unde & marti dicatus eſt qui cũ crebro pugnas iniret: telum cũ clamore torq̃bat: uñ & breui & longa ſyllaba cõſtat. Nã hi q̃ iaculant̃: breui acceſſu ĩ extenſũ paſſũ ꝓferunt: ut fortiore nixu telis ictum confirment. Vñ & priſci apuli hũc pedem dauniũ a duce ſuo daunio appellarũt. Quod is primus aduerſus diomedẽ bellũ gerens: gladiali pugna duos dimicare ĩſtituit: ut collato pede: aſſequente paulatĩ dextro: diſtentoq; & ꝓgrediente ſiniſtro: breui ſucceſſu: & longo diſtentu gradus ſimul & uiſus firmaret. Hancq; gradariã pugnã appellauit gradiuo marti dicatam.

Trochæus: rutilus: uel chorus. Conſtat ex longa & breui tẽpoꝝ triũ: ut rhoma. Recipiens cõditionem duplã: & unã ſolutionẽ. Soluit̃ enĩ in tribrachũ. Dictus ẽ ãt trochæũs ἀπὸ τοῦ τρόχου hoc ẽ a rotatõe: nã eius modulatõ metroꝝ cõpoſitioni apta ẽ: q̃ rotatĩ & uolubilit̃ ĩcedũt. Vel q; ſecũdũ muſicos: ociori melo: ex rotæ ſitu & uolubili mõ: rhythmis aptus ſit. Vel παρὰ τὸ τροχάζειν hoc ẽ a diſcurſu: p metaphorã decurrentiũ ſupne lapidũ: q̃ currere ambulantes cogebant. Vel q; currentes: ſaltanteſq; circa aras:

in ſacrificiis deoꝝ: hoc carmine utebant. Vel q̄a decurſionib. aptus ſit: Nā q in bello laborant: quotiens amiſſos ordines reparant: ex longo: & diſperſo ambitu: in breuē & arctum orbem co guntur. Vnde aurunci: hunc pedem rutilum ap pellarunt: ꝙ cū aciem conſtituerent & prolatis pedib. ueſtigia ſiſterent: ac ſcuta brachiis protē derent: breuiterq; dextris ſuccedentib. pedib. ue ſtigia ſiſterent: reductis manib. ingenti clamo re: quæ uibrauerant tela iaciebant. Quidā autē hunc pedem mercurio dicatū uolunt. qui præ cipiti feſtinatione: & impetu longo: in breuem greſſum finire uidetur.

¶SIMPLICES pedes TRISYLLABI.

Simplices pedes triſyllabi ſunt octo: ut infra pa tebit.

Tribrachus: tribreuis: brachiſyllabus: pigmō: uel choreus: Conſtat ex trib. breuib. a quib. nomen accepit temporū triū: ut helena. Recipiens con ditionē duplam: & nullā ſolutionem. Dictus ē autē choreus quia choreis eius compoſitio com conuenit.

¶Molloſſus: uertūnus: extenſipes: hippius: uel ca nius. Conſtat ex trib. longis tēpoꝝ ſex: ut æneas

Recipiens conditionē duplam: & septē solutiones. Soluitur enī in ionicū maiorē: & minorē: choriabum messomacq;: parapienō pyrrhicana pestum: & dichoreū. Dictus est autē mollossus quia molossi ad bellum procedentes huius moderata compositione utebantur. Vel quia hoc pede constabant odæ: quæ ī templo iouis canebantur in memoriam mollossi filii pyrrhi & andromaches: a quo festa molossia dicta sūt. Dictus est quoq; hippius ἀπο τοῦ ἵππου hoc est ab equis: quia equestri pugnæ conueniens apta compositione modulabatur.

Anapestus uel antidactylus. Constat ex duab. breuib. & longa tempoꝝ quattuor: ut nebulæ. Recipiens conditionē æquam: & unam solutionē. Soluit enī ī pceleumaticū. Dictus ē aūt anapestus ὅτι ἀναπάλλει ἀντικρούον ρος τον δάκτυλον qa r̄currēs sono recipco r̄epcutit dactylū

Dactylus uel politicus Constat ex longa & duab. breuibus temporum quattuor: ut romulus: Recipiens conditionem æquam: & unam solutionem. Soluitur enim in proceleumaticum. Dictus est autem dactylus ἀ ο ιυō δακτυλου translatione iuncturarum: quæ in digito sunt.

Nam quẽadmodũ ĩ digito: longiorẽ primũ articulũ: sequentes uero breuiores cernimus: Ita dactylus primã productã habet: sequẽtes uero breues: Vel a tractu digitorũ: qui ad exprimendam organi modulationẽ affectat: Vel a dactylis idæis: qui ex opis rheæ in idæo monte cretæ manuũ impressione nati: iouem custodiendo: ne uagitu se paruulus proderet: lusus excogitato genere: clipæolis æneis inter se concurrebant: & tinnitu aeris rhythmica metra dactylici pedis cõpositione psonantes infantis uocẽ celauere.

Amphibrachus: Ianus: amphibreuis: uel scolius. Constat ex breui longa & breui: temporũ quattuor: ut carina Recipiens conditionẽ triplam & unam solutionẽ: Soluit enĩ in proceleumaticũ Dictus ẽ aũt amphibrachus ὅτι ἔχει δύο βραχέα ἄμφι μακρᾶν. a duab. s. breuib. quib. ab utraq; parte longa continetur Dictus est quoq; scolius: quod scolio: cytharæ speciei accomodatus est.

Amphimacrus: mensalis: fescentinus: amphimarus: uel creticus. Constat ex longa & breui & longa temporum quinq;: ut litteræ. Recipiens conditionem sescuplam: & tres solutiones.

Soluitur enī ī pæonē primū: & quartū: & orthiū Dicit̄ autē amphimacrus ὅτι ἔχει δύο μακρὰ ἀμφι τὴν βραχεῖαν a duab. s. longis: quib. ab utraq; parte breuis continet̄ Dictus est quoq; creticus: quia cretes saltantes: eius rhythmica cō positione utebantur.

Bacchius: œnotrius: tripodius. saltans: uel piambus. Constat ex breui & duab. longis: temporū quinq;: ut athenæ. Recipiens conditionē sescuplam: & tres solutiones. Soluit̄ enī in pæonem secundū: & quartū: & orthiū. Dictus est autē bacchius ἀπὸ τῆς βάκχης: quia a bacchantib. conuenienter cōponebat̄. Vel quia dithyrambi co℞ carmen: quod in honorē dionysii: qui bacchus dicit̄ fieri solebat: magna ex parte huiusmodi pedib. constabat.

Palimbacchius: latius saturnius: antibacchius: ꝓponticus: uel theseleus. Constat ex duab. longis & breui: tempo℞ q̄nq;: ut natura. Recipiens conditionem sescuplam: & tres solutiones. Soluit̄ enī in pæonē primū & tertiū: & orthiū. Dictus est aūt palimbacchius: παρὰ τὸ πάλιν καὶ βάκχιον: quia illi contrarius sit.

DVPLICES PEDES.

Duplices pedes sūt illi: qui ex dissyllaborꝝ combi natione nascuntur.

Duplices pedes: cōbinati: uel quadrati: quos græci συζυγίας uocant: sūt sedecī: ut infra patebit.

Proceleumaticus Constat ex duob. pyrrhichiis: hoc est ex quattuor syllabis breuib. tēporꝝ quattuor: ut ualeria. Recipiens conditionē æquā: & nullā solutionē. Dictus est autē pceleumaticus παρὰ τὸ προκελεύειν hoc est ab hortatione & iussu nautico ad quem ob celeritatem aptiss. uidetur.

Dispondius Constat ex duob. spondæis: hoc est ex quattuor syllabis longis temporꝝ octo ut oratores. Recipiens cōditionē æquā & decē solutiones. Soluit enī ī spondiodactylū: ameboeū: chorobacchium: diphyē: latiochoriū: politicanapestum: choriobacchiū: didactylū: diantidactylū & anapestodactylū: Plures uero solutiones recipere nō potest: nam post sex syllabarꝝ numerū in orōnē solutā transit. Dictus est aūt dispondius ꝙ duplici constat spondæo.

Diambus: Cōstat ex duob iambis: hoc ē ex breui longa: breui & longa: temporꝝ sex: ut propinquitas. Recipiens conditionē æquā: & tres solu

tiones. Soluit̃ enĩ in piambũ: pyrrhichanape
ſtum: & dichoreũ. Dictus eſt autẽ diambus ꝙ
duplici iambo conſtet.
Dichorus: catatrochæus: uel ditrochæus: Conſtat
ex duob. trochæis: hoc eſt ex longa breui: longa
& breui tempoꝝ ſex: ut cantilena: Recipiens cõ
ditionẽ æquam: & tres ſolutiones. Soluit̃ enĩ ĩ
ſtrophũ: ægeoſcoliũ: & dichoreũ: Dictus eſt ãt
Dichorus ꝙ duplici choro: hoc ẽ trochæo cõſtet
Antiſpaſtus: Conſtat ex iambo & trocheo: hoc ẽ
ex breui duab. longis: & breui tẽporũ ſex: ut a-
lexander. Recipiens cõditionem æquam: & tres
ſolutiones. Soluitur enim in periambum: æge
oſcolium: & dichoreũ. Dictus eſt aũt antiſpa-
ſtus παρὰ τὸ ἀντισπάειν quia iambus & tro-
chæus ex quib. componit̃: ſunt contraria.
Coriambus: Conſtat ex trochæo & iambo: hoc ẽ:
ex longa: duab. breuib. & longa: tẽporũ ſex: ut
nobilitas. Recipiens conditionẽ æquam: & tres
ſolutiones. Soluitur enim in parapienon: pyr
rhichanapeſtũ: & dichoreum. Dictus eſt autẽ
choriambus: ꝙ ex choro & iambo compoſitus
ſit. Vel ꝙ in choris apud ueteres celebratiſſ. fu-
erit.

Ionicus ἀπὲ λάσσονόσ hoc eſt a minore. Con/ſtat ex pyrrhichio & ſpondæo hoc eſt ex duab. breuib. & duab. longis tépoꝝ ſex: ut diomedes. Recipiens conditioné duplá & tres ſolutiones. Soluit̃ enĩ in meſomacrũ: pyrrhichanapeſtũ: & dichoreũ. Dictus ẽ aũt ionicus: uel ab ionib. inuentum eſt: Vel quod apud illos in uſu fre/quenti fuit.

Ionicus ἀπο μείζονοσ hoc eſt a maiore. Conſtat ex ſpondæo & pyrrhichio: hoc ẽ ex duabus lon gis & duab. breuib: temporũ ſex: ut demetrius. Recipiẽs cõditioné duplã: & tres ſolutiões. Sol uit̃ enĩ ĩ parapienõ: meſomacrũ: & dichoreũ.

Epitritus uel hippius primus. Conſtat ex iambo & ſpondæo: hoc eſt ex breui & trib. longis: tem porũ ſeptem: ut capenates. Recipiẽs cõditionẽ epitritã: & ſex ſolutiones. Soluitur enim ĩ iam/bodactylũ: cypriũ: daſiũ: ſcoliochoreũ: chori/antidactylum: & choriodactylũ. Dictus eſt aũt epitritus: qm̃ hic pes ex ſpondæo cõſtat: q quat tuor habet tempora & iambo uel trochæo: qui habẽt tm̃ tria: Quaternarius uero numerus ad ternariũ relatus: ſeſquitertiã proportioné facit quæ græce ἐπίτριτοσ nominatur.

Epitritus uel hippius secūd⁊. Constat ex trochæo & spondæo: hoc est ex longa breui & duab. longis temporū septem: ut conditores. Recipiens conditionē epitritam: & sex solutiones. Soluit̃ enim in chorodactylū: strophū: dasium: dactylochoreū: choriantidactylū: & choriodactylū.

Epitritus uel hippius tertius. Cōstat ex spondæo & iambo: hoc est ex duab. longis breui & longa tēpoꝝ septē: ut discordiæ. Recipiēs cōditōnē epitritam: & sex solutiones. Soluitur enim in symplectum: strophum: dochimum: dactylochoreum: choriantidactylum: & anapestochoreum.

Epitritus uel hippius quartus. Constat ex spondæo & trochæo: hoc est ex trib. longis & breui: temporū septē: ut constantinus. Recipiens conditionem epitritā: & sex solutiones. Soluit̃ enī in symplectū: doriscum musicū: dactylochoreum: chorioscolium: & anapestochoreum.

Pæon primus. Constat ex trochæo & pyrrhichio: hoc ē ex longa & trib. breuib. tempoꝝ qnq;: ut stesichorus. Recipiens conditionē sescuplā: & unam solutionē. Soluit̃ enī in orthiū. Dictus ē āt pæon ab inuentoris nomine. Vel ꝙ hoc metro apollinis laudes canebāt: q̄s pæana uocant.

Pæon secundus. Constat ex iambo & pyrrhichio hoc est ex breui longa: & duab. breuib. tempoꝝ quinq;: ut colonia. Recipiens conditionẽ sescuplam: & unam solutionẽ. Soluitᷣ enĩ ĩ orthiũ.

Pæon tertius. Constat ex pyrrhichio & trochæo hoc est ex duab. breuib. longa & breui: tempoꝝ quinq; ut referamus. Recipiens conditionẽ sesscuplam: & unã solutionẽ. Soluitᷣ enĩ ĩ orthiũ.

Pæon quartus. Constat ex pyrrhichio & iambo: hoc est ex trib. breuib. & longa: tẽporũ quinq; ut celeritas. Recipiens conditionẽ sescuplam: & unam solutionẽ. Soluitᷣ enĩ in orthium.

HETEROPLICI PEDES.

Heteroplici pedes sũt illi: q ex uarioꝝ pedũ cõbinatõe nascũtᷣ.

Heteroplici pedes ĩ duas partes diuisi sũt ĩ pentasyllabos. s. & hexasyllabos.

PENTASYLLABI.

Heteroplici pedes pẽtasyllabi q ex disyllaboꝝ & trisyllaboꝝ cõbinatõe nascũtᷣ sũt. xxxii. ut ĩferi⁊ patebit

Orthi⁊ Cõstat ex pyrrhichio & chorio tẽpoꝝ qnq; Recipiẽs cõditõnẽ sescuplã: & nullã solutionẽ.

Molossospondius. Cõstat ex spõdæo & molosso tempoꝝ decem. Recipiens cõditõnẽ sescuplã: & quinq; solutiones. Soluitᷣ enĩ in canio dactylũ:

caniantidactylũ: latiobacchiũ: dactylocaniũ: & antidactylochaniũ. Plures aũt solutões habere nõ potest: nam ut diximus: pes si sex syllabarũ numerũ excedit: in orationẽ solutã transit: a cuius solutione nimia nomen admisit.

Probrachis. Constat ex iambo & molosso: tẽporum noue: Recipiens cõditionẽ duplã: & q̃ttuor solutiones. Soluit' enĩ ĩ bacchiodactylũ: bacchantidactylũ: scoliobacchiũ: & choricanium.

Hypobrachis. Constat ex trochæo & molosso: tẽporum noue. Recipiẽs cõditionẽ duplã & q̃ttuor solutões. Soluit' enĩ in creticodactylũ: creticantidactylum: dactylobacchiũ: & choricanium.

Mesobrachis. Constat ex spondæo & bacchio: tẽporum noue: Recipiẽs cõditionẽ epitetartã: & q̃ttuor solutiones. Soluit' enĩ ĩ latiodactylũ latiantidactylũ: dactylobacchiũ: & anapestobacchiũ.

Spondiocreticus. Constat ex spondæo & cretico: tẽporum noue. Recipiẽs cõditõnẽ epitetartã & q̃ttuor solutões. Soluit' enĩ ĩ canichoreũ: latiantidactylũ: dactylocreticũ: & anapestocreticum.

Calotibos: cõstat ex spõdæo & palibacchio: tẽporum noue: Recipiẽs cõditõnẽ epitetartã & q̃ttuor solutões. Soluit' enĩ ĩ caniochoreũ: latioscoliũ: dactylolatiũ & anapestolatiũ.

Parapienos constat ex trochæo & choreo: tēpoꝝ sex. Recipiens conditionē æquā & unā solutionem. Soluitur enim in dichoreum.

Periambus constat ex iambo & choreo: temporū sex. Recipiens conditionē æquā: & unam solutionem. Soluitur enim in dichoreum.

Mesomacrus constat ex pyrrhichio & dactylo: tēporū sex Recipiens conditionē duplam: & unā solutionem. Soluitur enim in dichoreum.

Aegeoscolius. Constat ex pyrrhichio & amphibracho, temporū sex. Recipiens conditionē æquā & unam solutionē Soluit̄ enī in dichoreum.

Pyrrhicanapestus constat ex pyrrhichio & anapesto: temporū sex. Recipiens conditionē æquā: & unā solutionē. Soluitur enī in dichoreum.

Diphyes. Constat ex pyrrhichio & molosso: temporꝝ octo. Recipiens conditionē æquam & tres solutiones. Soluitur enī in anapestodactylum: diantidactylum: & choriobacchium.

Corobacchius constat ex trochæo & bacchio: temporū octo. Recipiens conditionē æquam & tres solutiones. Soluitur enī in didactylum: politicanapestum: & choriobacchium.

Ameboeus Constat ex spondæo & anapesto: tem-

porũ octo. Recipiens cõditionem æquã: & tres solutiones. Soluit̃ enĩ in latiochoreum: politi/canapestum & choriobacchium.

Spondiodactylus constat ex spondæo & dactylo tempoꝝ octo. Recipiens cõditionẽ æquã & tres solutões. Soluit̃ enĩ ĩ latiochoreũ: didactylum & anapestodactylum.

Symplectus cõstat ex spõdæo & choreo: tẽpoꝝ septẽ: Recipiẽs cõditionẽ epitritã: & duas solutões Soluit̃ enĩ ĩ dactylochoreũ: & anapestochoreũ.

Iambodactylus constat ex iambo & dactylo: tẽporũ septẽ. Recipiẽs cõditõnẽ epitritã: & duas solutões. Soluit̃ enĩ ĩ scoliochoreũ & choriodactylũ

Musicus. Cõstat ex pyrrhichio & palĩbacchio: tẽpoꝝ septẽ. Recipiens cõditionẽ epitritã: & duas solutões. Soluit̃ enĩ in anapestochoreũ: & chorioscolium.

Dasius. Cõstat ex pyrrhichio & bacchio: tẽpoꝝ septẽ: Recipiẽs cõditõnẽ epitritã: & duas solutões Soluit̃ enĩ ĩ choriodactylũ & choriantidactylũ.

Dochimus Cõstat ex pyrrhichio & cretico: tẽpoꝝ septẽ. Recipiens cõditionẽ epitritã: & duas solutiones. Soluitur enĩ in anapestochoreũ: & choreum & choriantidactylum.

Chorodactylus: cõstat ex trochæo & dactylo: tem
porꝫ septẽ. Recip. cõd. epitritã: & duas solutões
Soluit̃ enĩ in dactylochoreũ & choriodactylũ.
Spondioscolius: Constat ex spõdæo & amphibra
cho: temporũ octo: Recipiens cond. æquam: &
tres solutiones. Soluit̃ enĩ ĩ latiochoreũ: dacty
loscoliũ: & anapestoscolium.
Periambodes. cõstat ex iãbo & bacchio: tẽporꝫ. viii
Recip. cõd. duplã: & tres solutões. Soluit̃ enĩ in
scoliodactylũ: scoliãtidactylũ: & choriobacchiũ
Cyprius. Constat ex iambo & anapesto: temporꝫ
septem. Recip. cond. epitritã & duas solutiões.
Soluit̃ enĩ in scoliochoreũ: & choriãtidactylũ.
Doriscus. Constat ex trochæo & amphibracho: tẽ
porꝫ septẽ. Recip. cond. epitritã & duas solutio
nes. Soluit̃ enĩ ĩ dactylochoreũ & chorioscoliũ
Anticyprius. Constat ex trochæo & palimbacchio
temporũ octo. Recipiens cond. supbipartientẽ
tertias: & tres solutiones Soluit̃ enĩ in creticho
reũ: latioscolium: & choriolatium.
Iambicreticus. Cõstat ex iambo & cretico: tempo
rũ octo. Recipiens cond: supbipartientẽ tertias
& tres solutiones Soluit̃ enĩ in bacchiochoreũ:
latianapestum: & choriocreticum.

Periodicus: Constat ex iambo & amphibracho tẽ-
poꝝ septẽ. Recip. cond. epitritã & duas solutões
Soluit͛ enĩ ĩ scoliochoreũ & chorioscolium.
Antiperiodicus. Cõstat ex trocbæo & cretico tem-
porũ octo: Recipiens cond. supbipartientẽ terti
as: & tres solutiones. Soluit͛ enĩ in cretichoreũ:
politicanapestum: & choriocreticum.
Strophus: Constat ex trochæo & anapesto tẽpoꝝ
septẽ. Recipiens cond. epitritã: & duas solutões
Soluit͛ enĩ ĩ dactylochoreũ: & choriãtidactylũ:
Antistroph9: Cõstat ex iãbo & palĩbacchio. tẽpoꝝ
viii. Recip. cond. supbipartiẽtẽ tertias & tres solu
tões. Soluit͛ enĩ i bacchiochoreũ: discoliũ: & cho
(riolatiũ.

¶ HEXASYLLABI.

Heteroplici pedes hexasyllabi: qui ex trisyllaboꝝ
cõbinatõe nascũt͛: sũt. lxiiii. ut inferius patebit
Dichoreus. Constat ex duob. choreis: tẽpoꝝ sex.
Recipiens cond. æquã & nullã solutionem.
Dicanius: Cõstat ex duob. molossis tẽpoꝝ duode
cim. Recipiens cond. æquã: & nullã solutionẽ.
Si enĩ solueret͛: in orõnẽ solutam (ut diximus)
transiret.
Diantidactylus constat ex duob. anapestis: tẽpo-
rum octo. Recipiens cond. æquam.

Didactylus cõſtat ex duob. dactylis tẽpoꝝ octo:
recip. cõd. æquã. (recip. cond. æquã.
Diſcoliꝰ: cõſtat ex duob. ãphibrachis: tẽpoꝝ octo
Dicreticus: conſtat ex duob. creticis: tempoꝝ decẽ
recip. cond. æquã. (cem: recip. cond. æquã
Dibacchius cõſtat ex duob. bacchiis: temporũ de-
Dilatius cõſtat ex duob. palĩbacchiis: tẽpoꝝ decẽ
recip. cond. æquã. (nouẽ: recip. cõd. duplã.
Choricanius: conſtat ex choreo & moloſſo: tẽpoꝝ
Caniochoreus: cõſtat ex moloſſo & choreo: tẽpo
rũ nouem. Recipiens conditionẽ duplam.
Choriantidactylus: conſtat ex choreo & anapeſto
temporũ ſeptẽ. recipiens cõditionẽ epitritam.
Anapeſtochoreus: cõſtat ex anapeſto & choreo tẽ
porũ ſeptẽ: recipiens conditionẽ epitritã.
Choriodactylus: cõſtat ex choreo & dactylo tem
porũ ſeptẽ: recipiens conditionem epitritam.
Dactylochoreus: cõſtat ex dactylo & choreo: tem
porũ ſeptẽ recip. cond. epitritam.
Chorioſcolius: conſtat ex choreo & amphibracho
temporũ ſeptem recip. cond. epitritam.
Scoliochoreus: cõſtat ex amphibracho & choreo:
temporũ ſeptem: recip. cond. epitritam.
Choriocreticus conſtat ex choreo & cretico: tẽpoꝝ

octo:recipiens cond.ſupbipartientē tertias.
Creticoreus:conſtat ex cretico & choreo tempoꝶ
octo recipiens cōd.ſupbipartientē tertias.
Choriobacchius:cōſtat ex choreo & bacchio tem
porū octo recip.cond.æquam.
Bacchiochoreus:conſtat ex bacchio & choreo tem
porū octo:recip.cond.æquam.
Choriolatius: conſtat ex choreo & palimbacchio
tēpoꝶ octo:recip.cond.ſupbipartiens tertias.
Latiochoreus:cōſtat ex palībacchio & choreo:tē
porū octo:recip.cond.ſupbipartientē tertias.
Caniantidactylus:cōſtat ex moloſſo:& anapeſto
temporū decem:recip.cond.ſeſcuplam.
Antidactylocanius:cōſtat ex anapeſto & moloſſo
temporū decem:recip.cond.ſeſcuplam.
Caniodactylꝰ cōſtat ex dactylo & moloſſo:tēpoꝶ
x.recip.cōd.æquā. (x.recip.cōd.ſeſcuplā.
Dactylocaniꝰ cōſtat ex dactylo & moloſſo tēpoꝶ
Canioſcolius: cōſtat ex moloſſo & amphibracho
temporū decem:recip.cond.ſeſcuplam.
Scoliocanius conſtat ex amphibracho & moloſ
ſo:tēpoꝶ decem:recip.cond.ſeſcuplam.
Caniocreticus:conſtat ex moloſſo & cretico:tem
porū undecim:recip.cond.ſeſquiquintam.

Creticocanius: Cõstat ex cretico & molosso: tépo॰ undecim: Recipiens conditioné sesqquintã.
Caniobacchius: Constat ex molosso & bacchio té porũ undecĩ: recipiens cond. sesquiqntam.
Bacchiocanius: constat ex bacchio & molosso: té॰ po॰ undecĩ: recipiens cond. sesquiquintam.
Caniolatius: constat ex molosso & palimbacchio tempo॰ undecĩ: recipiens cond. sesquiqntã.
Latiocanius: constat ex palimbacchio & molosso tempo॰ undecĩ: recipiens cond. sesquiquintã.
Anapestodactylus: constat ex anapesto & dactylo tempo॰ octo: recipiens conditioné æquam.
Politicanapestus: constat ex dactylo & anapesto: tempo॰ octo: recipiens cond. æquam.
Anapestoscolius: cõstat ex anapesto & amphibracho: tempo॰ octo: recipiens cond. æquam.
Scoliantidactylus: constat ex amphibracho & anapesto tempo॰ octo: recipiens cond. æquã.
Anapestocreticus: constat ex anapesto & cretico tempo॰ noué: recipiens cond. epitetartam.
Creticantidactylus: constat ex cretico & anapesto tépo॰ noué: recipiens conditioné epitetartam.
Anapestobacchius: cõstat ex anapesto & bacchio tempo॰ noué: recip. cond. epitetartam.

Bacchiantidactylus:constat ex bacchio & anape-
sto:tempo℞ noue:recip.cond.epitetartam.
Anapestolatius:constat ex anapesto & palimbac-
chio:tempo℞ noue:recipiens cond.epitetartã.
Latiantidactylus constat ex palimbacchio & ana-
pesto:temporũ noue:recip cond.epitetartam.
Dactyloscolius: constat ex dactylo & amphibra-
cho:tempo℞ octo:recipiens cond.æquam.
Scoliodactylus:constat ex amphibracho & dacty
lo:temporũ octo:recip.cond.æquam.
Dactylocreticus:constat ex dactylo & cretico:tem
porũ nouem recip.cond. epitetartam.
Creticodactylus:constat ex cretico & dactylo:tem
porũ nouem:recip.cond.epitetartam.
Dactylobacchius:cõstat ex dactylo & bacchio:tẽ-
porũ nouem:recip.cond.epitetartam.
Bacchiodactylus: constat ex bacchio & dactylo:
temporũ nouem:recip.cond.epitetartam.
Dactylolatius: cõstat ex dactylo & palimbacchio
temporũ nouem:recip.cond.epitetartam.
Latiodactylus:constat ex palimbacchio & dacty-
lo tempo℞ noue:recip.cond.epitetartam.
Scoliocreticus constat ex ampihbracho:& cretico
temporũ nouem:recip.cond.epitetartam.

Creticoscolius constat ex cretico & amphibracho temporũ nouem: recip. cond. epitetartam.

Scoliobacchius constat ex amphibracho & bacchio: tempoꝝ nouẽ: reci. cond. epitetartam.

Bacchioscolius: constat ex bacchio & ãphibracho temporũ nouẽ recip. cond. epitetartam.

Scolilatius: constat ex amphibracho & palimbacchio. temporũ nouẽ: recip. cond. epitetartam.

Latioscolius: constat ex palĩbacchio & amphibracho tempoꝝ nouem: recip. cond. epitritam.

Creticobacchius cõstat ex cretico & bacchio tempoꝝ decem: recip. cond. æquam.

Bacchiocreticus constat ex baccbio & cretico: temporũ decem: recip. cond. æquam.

Creticolatius: constat ex cretico: & palimbacchio temporũ decem: recip. cond. æquam:

Latiocreticus: constat ex palimbacchio: & cretico temporũ decem. recip. cond. æquam.

Bacchiolatius constat ex bacchio & palĩbacchio: temporũ decem: recip. cond. æquam.

Latiobacchius cõstat ex palimbacchio & bacchio temporũ decẽ recipiens conditionẽ æquã.

Vltra aũt istos pedes: subito soluta sequitur oratio: quæ a metrica descendit.

RHYTHMVS. CAPVT. III.

Rhythmus est uersus imago modulata: seruans numerũ syllabarũ: positionẽ sæpe sublationẽq; continens: qui ꝓ nostro arbitrio nunc breuius arctari: nunc longius prouehi potest.

Distat at̃ rhythmus a metro: ꝙ metrũ certa qualitate ac numero syllabarũ temporũq; finitur: certisq; pedib. cõsistit & claudit̃. Rhythmus at̃ temporũ ac syllabarũ: pedũq; cõgruentia ĩ infinitum multiplicatur & profluit.

METRVM. CAPVT. IIII.

Metrũ ẽ cõpositio pedũ: ordine statuto decurrẽs modos: positões: sublationesq; cõseruans.

Metrũ ĩ tres partes diuidit̃ in bioticũ: s. poeticũ: & commune

Bioticum metrũ est illud quod ĩ usib. fit conuersationis humanæ.

Poeticum metrũ est illud: quod a poetis per uerba ac uersus figuratur.

Poeticũ metrũ q̃ttuor modis cognoscit̃.

Primo ꝑ tẽporis spatiũ: ut ĩ syllaba lõga aut breui.

Secundo ꝑ numerũ syllabarũ: quũ positione metrũ finitur: ubi pes dissyllabus: trisyllabus: uel duplex inuenitur.

Tertio per q̃litatẽ pedũ: q̃a certis pedib. uersib. q; cõficit̃.

Quarto p nũerũ pedũ qa uersus ꝓ mensura sua pẽtametri: hexametri: uel deĩceps intelligunt̃.

Cõmune metꝝ ẽ illud: quod tã ad mẽsurã supra memoratæ cõuersatõis hũanæ q̃ ad poeticã ten dit. Ex hac enĩ tenores & nũeros quos græci rhy thmos & phthongos uocãt: Ex illa uero tẽpora & ĩterualla trahit: qb. utimur ĩ usos humanos.

METRI accidentia: CAPVT. V.

Metri accidentia sunt sedecim: Iunctura. s. quali tas: figura: depositio: cesura: colon: tẽpus: men sura: ordo: magnitudo: appellatio: symphone sis: modus: harmonia: genus: & species.

IVNCTVRA.

Iunctura metri est mutua contrarioꝝ uel similiũ copulatio: & ueluti quædam inter se affinitas: quæ uersum terminat:

Iunctura metri bipartita est: nã alia uniformis: alia diformis.

Vniformis metri iunctura est quæ uno tantũ pe dis genere cõpositũ carmen oñdit: q̃le est illud maronis Vna salus uictis nullã sperare salutẽ: quod dactylicis tantũ pedib. incedit.

Diformis metri iũctura est quæ diuerso pedis ge nere compositum carmen ostendit.

Diformis metri iunctura ĩ tres principalit̃ partes diuisa ẽ: in diadicam. s. trisemam. triadicã: te

trasemam: & tetradicam: hexasemam.

Diadica trisema iunctura est quotiẽs triũ tẽpoꝝ bisyllabis pedib. inter se contrariis carmen cõpositũ ẽ: ut Trochaicum & iambicum.

Diadica tetrasema iunctura ẽ quotiens q̃ttuor tẽporũ trisyllabis pedib. ĩter se cõtrariis carmẽ cõpositum est: ut dactylicũ & anapesticum.

Tetradica hexasema iũctura ẽ quotiens sex pedũ tetrasyllabis pedib. inter se contrariis carmẽ cõpositum est: ut antispasticũ: & choriambicum

QVALITAS.

Qualitas metri ẽ illa: qua intelligimus utꝝ principale sit carmen an deriuatum.

Qualitas metri bipartita ẽ: nã alia finita: alia infinita

Finita q̃litas metri ẽ illa: q̃ statuto pedũ cõueniẽtium mõ: & nũero syllabaꝝ diffinito: multiformis structuræ cõuersione decurrit: ut esse ĩ omĩ principali forma cognoscimus.

Infinita q̃litas metri ẽ illa q̃ ĩ deriuaituis metꝝ & nũeꝝ syllabaꝝ seruat: sed structuræ ĩmutatæ deseruit.

Infinita metri q̃litas est triplex.

Prima: quũ diuersis uersib. ac metris cõstructũ ẽ carmẽ: q̃le ẽ illud horatii Sic te diua potens cypri Sic fratres helenæ lucida sidera: q̃uod ex glyconio & asclepiadeo cõpositũ ẽ.

Secūda: qūū diuerse a sui imagine concludit̃ carmen: quale ē glyconium uel pherecratiū: quæ metra dactyli imaginē habent: sed pedū minore numero concluduntur.

Tertia: quū carmē nec metrū seruat nec syllabaꝝ numerū: ut in saphico est decasyllabo: in quo contrarii pedes in uno uersu cōiungunt̃.

FIGVRA.

Figura metri est ordo & cōuenientia inter se inuicem: nō solū pedū: ueꝝ etiā dictionū metroꝝq; Figura metri est triplex: nā carminū aliud monoschematicum: aliud penthaschematicum: & aliud decaschematicum.

Monoschematicū carmen & præcipue hexametꝝ ē illud: quod unius tm̄ pedis ĩ om̄ib. locis æqua mensura partit̃ q̃le ē spondaicū illud. Aut *læuis ocreas lento ducunt argento*: uel illud dactilicū *Panditur interea domus omnipotentis olympi*

Pentaschematicū carmen est illud: quod uno tm̄ pede: uarie quinq; regiones pcurrente: ab aliis pedib. uariatur: quale est illud Quū iuno æternum seruans sub pectore uulnus: uel illud Aeole nanq; tibi diuū pater atq; hominū rex.

Decaschematicū carmen est illud: quod de qnq;

pedib. duos habet ab aliis diuersos q̃le ē illud. Arma uirꝫq; cano troiæ q prī⁊ ab oris: Vel illud Multa quoq; & bello passus: dū conderet urbē

Meminerimus tñ figuras maiores dici: si dactyli plures fuerint: si spondæi minores.

Si aūt cuiusq; carminū spēi figuras collectas scire uolueris: cōputa quot pedes accipiant singula loca: & prioris pedū ad sequētis multiplica numeꝝ usq; ad finē: Simul cōputatis numeris: figuras tenebis oīs: Vtputa Si heroici carminis figuras oīs scire desideras. Sic cōputato in heroico uersu: primus locus duos pedes accipit: dactylū. s. & spondæū: secūdus similit̄ duos eosdē bis duo q̃ttuor fiūt. Tertius itidem duos: bis q̃ttuor octo fiunt: Quartus quoq; duos bis octo sedecī fiunt. Quītus etiā duos: bis sedecī triginta & duo fiūt. Triginta ergo & duas figuras hēt heroicum caamē: Sicq; seruato in aliis.

Illud tñ sciēdū ē: quod quia postrema ī quolibet uersu syllaba libera ē: Ideo pes ultimus erit incertus: hacq; de causa ī carminis mensuratione sex pedes qnq; habent interpretatōes: Vñ heroicum carmē: quantū ad sui figuraꝝ supputationē quinq; tantū pedes perfectos habebit.

DEPOSITIO.

Depoſitio metri ẽ uniuscuiuſq; carminis deſinentia: quæ circa finem attenditur.

Depoſitio metri q̃dripartita ẽ: nã carminũ aliud acatalecticũ: aliud catalecticũ: aliud hypcatalecticum & aliud bracchicatalecticum.

Acatalecticũ carmẽ ẽ illud quod legittimo fine cõcludit: integer ſingulorum metrorum exiſtens: q̃le ẽ illud ſcazon Nec fonte labra prolui caballino.

Catalecticum carmen ẽ illud: quod minus habet metricæ conſtitutõis: nã ſibi una tm̃ ſyllaba deficit: quale eſt illud ſenariũ iambicũ Mea renidet in domo lacunar.

Hypercatalecticũ carmen ẽ illud: quod ſupra uerſus finem unam uel duas plus ſyllabas habet: quale eſt illud hexametrorum dactylicũ. Aut dulcis muſti uulcano decoquit humorem.

Bracchitatalecticũ carmẽ ẽ illud: cui ut pfectũ ſit deficit integer pes quale ẽ illud ariſtophanium dimetrum. Venit optima calliope.

CESVRA.

Ceſura metri eſt decora terminatio uocũ: ĩ uerſuum notata medio.

Ceſura metri in quattuor partes diuiſa ẽ: in ſcan

sionis.s.uarietatem sectionē:cōma & figuram:
Scansionis uarietas in hoc attendit̄:quia ut pluri mū quilibet uersus uarie scandi seu cedi potest quale est illud æsclepiadeū Mæcenas atauis edi te regib.quod uno modo cedi potest p spōdæū duos choriambos: & pyrrhichiū. Altero uero p pentimemerī heroicam & duos dactylos.

SECTIO.

Sectiones semipedes dicunt̄:qui partē orationis finientes: decorū reddunt pcussionis ictum.
Sectio in sex partes diuisa: ē ī pentimemrī:s.cata triton heptimemerī tetrapodiā catalecticon spō dæon:& bucolicen.
Pentimemeris uel semiquinaria est quū post du os pedes & unā syllabā pars orationis explet̄: ut arma uirūq; cano: habet enī ex quinq; dimidiū.
Catatriton uel tertia trochaica ē:quū finita parte orōnis tertiū trochæū ponis:ut Nil nrī miserere
Heptimemeris uel semiseptenaria est:quū p⁊ tres pedes & una syllabā pars oratōis explet̄:ut Itali am fato profugus.
Tetrapodia uel quarta trochaica ē: quū post tres pedes īuenit̄ ttochæus: partē orōnis finiens ora tionis:ut Tityre tu patule recubans sub teg.

Catalecticon spondæon uel quarta spondaica est quũ post tres pedes ĩuenit spondæus partẽ finiens orationis: ut Albaniq; patres atq; altæ.

Bucolice est quũ post quattuor pedes syllaba superat: ĩ partem orationis desinens: ut Nõ oĩs arbusta iuuant humiles: Vel quũ in quarto pede dactylũ ponimus finientẽ partem orationis ut Nos patriæ fines & dulcia.

COMMA.

Comma est pars uersus: quæ post oĩs quas diximus sectiones remanet. (spondaicũ.

Comma in duas partes diuidit: in dactylicũ. s. &

Dactylicum cõma ẽ: quũ pars uersus quæ a sectionib. remanet: priorẽ dactylum habet: ut illud Orsus ab alto quod remanet a quarto spondaica: Inde thoro pater æneas sic.

Spõdaicũ cõma ẽ: quũ pars uersus: quæ a sectionibus remanet: priorẽ spondæũ habet: ut illud Antenarum quod remanet a q̃rta bucolica Cornua uelatarum obuertimus.

FIGVRA.

Illud postremo sciendum est quod hæ incisiones: quas græci cõmota appellant figuris formantur tribus: simplici. s. cõposita & cõiuncta.

Simplex figura ẽ: quũ inuenitur in uersu una sectio: ut Pandit̃ interea domus omnipotẽtis olympi. Vbi semiquinaria tm̃ sectio reperitur

Composita figura ẽ: quũ duæ sectiones in uersu reperiũt̃: ut Infãdũ regina iubes renouare dolorẽ: Vbi catatritõ & semiseptenaria sectio repit̃.

Coniuncta figura est quũ tres sectiones ĩ uersu reperũt̃: ut Talib. ilioneus cũcti sil ore fremebãt Vbi semiqnaria semiseptenaria: & q̈rta bucolica repit̃.

COLA.

Cola in carmine sũt integræ partes oratiõis quib. ducitur uersus: ut ĩ illo horatiano in quo qnq; sunt cola Cui dabit partes scelus expiandi.

TEMPVS.

Tempus metri ẽ debita prolatõis mensura: quæ circa longitudinẽ & breuitatẽ attendit̃ syllabar̃.

Tempora metri in syllabis deprehendunt̃ Nam breuis (ut diximus) syllaba unũ tempus habet: longa uero duo. Vñ si carminis tempora metiri uolueris prius pedes numerato quor̃ tempora ex syllabar̃ quantitatẽ colligens totius repies tempora carminis.

MENSVRA.

Mensura metri ẽ debitus pedũ numerus: secũdũ

poeticæ regulas ordinatus

Mensura metri in sex partes diuisa est: nã carminum: aliud monometrũ: aliud dimetrũ: aliud trimetrũ: aliud tetrametrũ: aliud pentametrũ: & aliud hexametrum.

Monometꝝ carmẽ ẽ illud: qd unico pede cõstat: ut illud ionicũ a mĩore monometꝝ Diomedes

Dimetꝝ carmẽ ẽ illud: quod duob. pedib. constat ut illud ionicũ a minore. Sapientes amor odit.

Trimetꝝ carmẽ ẽ illud qd trib. pedib. cõstat: ut illud dactylicũ simonidiũ. Indue pallia serica.

Tetrametrum carmen est illud: quod quattuor pedib. constat ut illud dactylicũ alemaniũ: Vir decens cumulans reliquas tibi.

Pẽtametꝝ carmẽ ẽ illud qd qnq; pedib. cõstat: ut illud elegiacũ. Res ẽ solliciti plena tĩoris amor.

Hexametrũ carmen ẽ illud: quod sex pedib: constat. ut illud heroicũ: Nate dea: quo te fata trahunt: retrahuntq; sequamur.

Illud tamen admonendum est: ꝙ metra iambica trochaica & anapestica duplicib. pedib. computantur: ascenduntq; usq; ad tetrametrũ: Vnde monometrum iambicũ dicitur quod duob. pedib: coustat. Cætera autẽ omnia simplicib.

ORDO.

Ordo metri est cuiusq; mẽbri dispositio: secũdũ finitam uel infinitã carminis qualitatem.

Ordo metri ẽ quadruplex: Nã carminũ aliud monocolon: aliud dicolon distrophon: aliud dicolon tetrastrophõ: & aliud tricolon tetrastrophõ

Monocolõ carmẽ ẽ illud: qd ubiq; ẽ uniforme ut prĩa ode flacci q̃ asclepiadeo carmĩe cõposita ẽ.

Dicolon distrophon carmen ẽ illud quod duob. generib. uersuũ constet: a secundo facta replicatione. q̃le ẽ illud horatianũ. Laudabunt alii claram rhodon aut mitylenẽ. Aut ephesum bimarisue corynthi. Mœnia: uel baccho thebas. apolline delphos Insignes: aut thessala tempe: quod cõstat primo heroico secũdo falisco: tertio iterũ heroico.

Dicolon tetrastrophon carmẽ est illud: quod duob. generib. uersuum constet: a q̃rto facta replicatione quale est illud horatianũ. Integer uitæ scelerisq; purus. Nõ eget mauri iaculis neq; arcu. Nec uenenatis grauida sagittis: Fusa pharetra: quod constat trib. primis sapphicis endecasyllabis & quarto adonio dimetro: ab eo facta replicatione iterũ ad sapphicum.

Tricolon tetrastrophon carmē ē illud: quod trib. generib. uersuū cōstat a quarto facta replicatione: quale ē illud horatianū: Quis multa gracilis te puer in rosa: Persusus liquidis urget odorib. Grato pyrrha sub anto: Cui flauā religas comā quod constat duob. primis asclepiadeis: tertio pherecratio: & quarto glyconio: ab eo facto replicatione iterum ad asclepiadeos.

MAGNITVDO

Magnitudo ē pductio syllabarū: quæ natura correptæ sūt: Vt Terrasq; tractusq; maris: cælūq; profundum: Et dum sanguis inerat.

APPELLATIO.

Appellatio metri ē: qualitas unde nomen accepit

Appellatio metri ī octo partes diuisa ē: Nā metra aut ab accidentibus dicuntur: ut elegiacum ab amorum miseria.

Aut a locis ubi cani consueuerūt: ut attelana: ab atellis: oppido italiæ: (lesbia.

Aut ab inuētorib: ut sapphica: a sappho muliere

Aut a diis: qbus sūt dedicata: ut pythiū: appollini pythio consecratum:

Aut a mēsura: ut monometrū dimetrū: trimetrū

Aut a pedū structura: ut anapesticum dactylicū

Iambicum. (tiũ.
Aut a syllabarum numero: ut endecasyllabũ phalæ-
Aut a poetis frequenter utẽtib. ut aristophaniũ: simonidium.

SYMPHONESIS.

unã coeũt.
Symphonesis est quũ duæ syllabæ scandendo in
Symphonesis in quinq; partes diuisa est.
Prima: quũ dictionẽ ĩ uocalẽ uel in. m. finientẽ: sequitur dictio a uocali ĩcipiens: tũc enĩ uocalis præcedens: uel. m. cũ sua abicitur uocali: Vt ĩ illo hexametro: Atq; iterũ ad troiam magnus mittetur achilles.
Secũda: quũ in eadem dictiõe duæ syllabæ lõgæ ꝓ una lõga ponũtur: Vt in illo heroico: Vnius ob noxam & furias aiacis oilei.
Tertia: quũ in eadem dictiõe duæ syllabæ breues ꝓ una breui ponunt: ut ĩ illo heroico: Cornua uelatarum obuertimus antemnarum.
Quarta: quũ ĩ eadẽ dictiõe: longa & breuis syllaba: pro una longa ponuntur: ut in illo heroico Fixerit æripedem ceruam.
Quinta: quũ breuis & longa syllaba pro una longa ponuntur: ut in illo heroico: Atria depẽdent lichini laquearibus aureis.

¶ MODVS.

Modus metri est pedũ ĩ carmine dispositio q̃dã quæ eius naturam ostendit.

Modus metri in sex partes diuisus est. s. in catasticũ: schematicũ: asynarchem: synchimenon: zeugmenon: & paragogon.

Catasticus: diffinitus: uel principalis modus: est legittimoꝝ metrorũ ordo.

Schematicus uel compositus modus est ille: qui cõstat ex legittĩo uersu: & legittimi eiusdẽ pedib

Asynarches uel ĩcompositus modus ẽ: quũ pegrinis pedib. uersus ordinatus est.

Synchemenos uel consusus modus est: quũ ex legittimis & pegrinis pedib. uersus ordinatur.

Zeugmenos uel coniũctus modus est: quũ ex duob. metris uersus componit᷑.

Paragogos uel deriuatiuus modus ẽ: quũ a principali uersus descendit.

¶ HARMONIA.

Harmonia ẽ musicæ pars: q̃ cæli compagẽ & hũc terraꝝ orbẽ oĩaq; ĩ eis cõtẽta certa rõne: & q̃si metro disponit. Sine qua ĩstrumẽta oĩa qb. utimur ipsi quoq; uocũ cõcentus nulli sunt.

Harmonia ergo quæ ad poetã ptinet in duas par

tes diuisa est in instrumentalē. s. & uocalem:

Instrumentalis harmonia: in cythara: barbito: lyra: testudine: & similib. uersat̃. Decet enī uatē habile poeticæ instrumentū hr̃e: quo modulāte carmīa condat: ad priscoꝝ imitationē poetarū: qui sine melo nullum uersum componebant:


Carmina enī a canendo ideo dicta sunt: quia nisi decantata fuerint: diuinum nomen: in turpiss. fœdissimūq; conuertunt.

Vocalis harmonia in uoce consistit: qua composita carmina decantant̃.


Huius species sunt quinq;. s. heroica grauis: heroica bellica: elegiaca: sapphica: & lyrica:

HEROICA GRAVIS.

Heroica grauisq; harmonia ē: qua utimur ī illis carminib: decantandis: quæ grauia facta deoꝝ hominumq; in pace describunt: cuius numeri sunt tales:




O regina nouam cui condere iuppiter urbem:




Iuſti ciaq; dedit gentes frenare ſuperbas.

HEROICA BELLICA.


Heroica bellicaq; harmonia ē qua utimur in illis carminib. decantandis: quæ bellica facta deorū hominūq; deſcribunt: cuius numeri ſūt tales.



Bella p hermati os pluſq̄ ciui li a campos




Iuſq; datū ſceleri canimus populūq; potentē




In ſu a uictrici conuerſū uiſcera dextra.

ELEGIACA:


Elegiaca harmonia ē qua in elegiacis miserisq; carminib. decantandis utimur: cuius numeri sunt tales.




Tempora labuntur tacitisq; senescimus annis



Et fugiunt freno non remorante dies




Prospera lux oritur: linguis animisq; fauete:




Nunc dicenda bona sunt bona uerba die

SAPPHICA.


Sapphica harmonia est qua utimur in sapphicis carminib. decantandis: cuius numeri sũt tales.




O decus phoebi dapib. supraemi.




Grata testudo iouis: & laborum:



Dulce lenimen mihi cunq; salue:




Rite uocanti. Rite uocanti.




Rite uo can ti. Rite uocanti.

¶LYRICA.


Lyrica harmonia est: qua in cæteris utimur carminib. tam lyricis q̃ dactylicis: necnon & in illis solutis orationib. quæ in graui figura composi tæ sunt cuius harmoniæ numeri sunt tales.




Laudabũt alii clarã rhodõ aut mytilenem.



Aut ephesum lunarisue coynthi mœnia.



Vel baccho thebas apolline delphos insignes.



Aut thessala tempe.

Explicit liber octauus de oratione metrica & carminum qualitatib. ¶Incipit liber nonus: de genere & specie metri: ac carminũ uarietate.

GENVS.

CAPVT. PRIMVM.

Genus metri est terminus uniuocus multas sub se uersuũ uarietates cõtinens: specie dr̃ntes.

Carminũ genus in decem & octo partes diuisũ ẽ ut infra patebit.

¶PRIMVM IAMBICVM.

Iambicum carmẽ est illud quod iambicis pedib. constat & maledicis aptum est.

Iambicũ carmen in duas partes diuidit̃ in uetus. s. & nonum.

Vetus carmen iambicũ est illud quo ueteres tragici: comiciq; usi fuere. Recipit enim in sinistris pedib. anapestũ choreum & iambum: in quarto autem melius iambum &: in sexto iambum uel pyrrhichium : in dextris uero dactylum spondæum: choreum: anapestum. & iambum.

Feritũr enĩ combinatis pedib. iambicũ carmen: & singulis combinatõib. præponit̃ quilibet prædi ctorũ pedũ: Subiungit̃ aũt tribrachus: anape‐ stus uel iambus. Nõnuuq̃ & spõdæus aduersa rii crura frangit sextũ domini sedem occupan‐ tis fitq; choriambicus scazon. Recipit aũt cata lexim in bacchio & quartã dipodiã; hoc ẽ chori ambũ: tuncq; uersus quadratus dicit̃: tragœdiæ comediæq; conueniens. Assurgitq; a monome‐ tro in tetrametrum tantum.

Huius carminis genera sũt quinq; tragicũ: s. co‐ micũ: satyricũ hiponactiũ: & ananicum. (pit.

Virilis quoq; opes q̃ritare inducat̃: & amicicias: honorib. inseruiens: necnõ & cauens ea facere: q̃ mutanda sint. Senex preterea auarus ĩducat̃ q̃res & ĩuentis: abstinẽs timidæ gelidæq; omia faciens: dilator: spe longus: iners: futuri auidus difficilis: quærulus: laudator temporis acti: nec nõ & minorum censor acerrimus.

POEMATIS diuisio: CAPVT. II.

Poema est triplex. s. actiuũ enarratiuũ: & mixtũ.

Actiuũ poema uel imitatiuũ: quod græci δραματικον η μιμητικον uocant: est illud: in quo personæ agunt solæ: sine ulla poetæ interlocutione ut se habent tragicæ uel comicæ fabulæ.

Actiui poematis genera sunt tria. s. tragœdia: comœdia: & satyra.

NOTANDVM.

Pro istorũ explicatione generũ: primo sciendũ: ẽ quod. Strabonis sententia: primũ apud mortales apparatio poetica processit ĩ mediũ: deinde cum metrũ soluissent: rem scriptis cõmendare cœperunt cadmus pherecydes & hæcatæus. Et q post illos fuere: cũ aliquid ex talib. adimerãt

ad eum qui nunc usurpatr modũ ueluti ab ipso fastigio ad inferiora reduxere. Carminis aũt initium a reb. diuinis inchoauit tragœdia: nam libero patri pro frugib. uota soluẽtes antiq: incẽsis iam altarib. & admoto hyrco: genus carmĩs eidẽ deo sacer reddebat chorus: tragœdiã appellatũ: Deinde nõdum coactis in urbem atheniẽsib. apollini nomio: hoc est pastoꝝ præsidi: constructis aris in honorẽ diuinæ rei: circum atticæ uicos: uillas: pagos: & compita: festũ carmẽ solenniter cantabant: comœdiã appellantes. Erat enim simplex carmẽ: quod chorus circa aras fumantes: nunc spaciatus: nunc reuoluens gyros: cũ tibicine concinebat. Sed primo una persona subducta ẽ cantorib. quæ respõdẽs alternis uet sib. chorũ locupletabat: remq; musicã uariabat Tũ altera: tũ t̃tia: & ad postremũ crescente nũero: p actores diuersos: psonæ: pallæ: cothurni: socci: & cæteri ornat⁊ atq; scænicoꝝ ĩsignia ab æschylo repta sr & unicuiq; suus habit⁊: q prĩaꝝ partiũ: q secũdaꝝ: & tertiarũ: quartiq; loci & qnti actores essent: Vñ qncupartita acta est tota fabula: quæ quidẽ in principio archæa dicta ẽ quia inerat ĩ ea uelut historica fides ueræ nar

rationis & omniũ denominatio: de quib. liber
describebat᷑. Nã ꝑ priscos poetas nõ ut penitus
ficta argumenta: sed res gestæ a ciuib. palam: tũ
eoꝝ sæpe q̄ gesserant nomīe decantabant᷑. Ideo
ipsa suo tempore morib. multũ profuit ciuita-
tis: cũ unusquisq; caueret culpa: ne spectaculo
cæteris extitisset. Sed cũ poetæ abuti licẽtius sti
lo: & passim uiros bonos ex libidine ledere cœ-
pissent: lege cautũ est: ne quisq̃ ĩ alterũ carmen
infamiæ proderet: Ex hinc aliud genus fabulæ
satyra. s. sumpsit exordiũ: ut in ea q̃uis duro &
agresti modo de uitiis ciuiũ tractaret᷑ sine ullo
tamẽ proprii nomĩs titulo carmen esset: quod
fabulæ genus multis obfuit poetis cũ in suspiti
onẽ potentib. uenissent: illorũ facta rescripsis-
se in peius ac deformasse genus stilo carminis:
quod primo lucilius nouo modo cõscripsit: ut
poesim inde fecerit: hoc est uuius carminis plu
res libros. Hoc igit᷑ malo coacti sũt poetæ satyrã
omittere: & aliud geuus carminis hoc est nouã
comœdiã reꝑire: quæ argumento cõmuni ma
gis & generaliter ad oẽs: qui mediocrib. fortu
nis agunt ꝑtineret. Et minus amaritudinis spe
ctatorib. & eadẽ opera multũ delectatõis affer
ret. Concina argumẽto cõsuetudine cõgrua: uti

lis sñtiis: grata salib. aptaq; metro: q̃ cæterarũ ul
tĩa apud nos relicta ẽ. Quia ergo ĩter alias fabu
las tragœdia prĩa fuit: ab ea ig̃t initiũ capiem⁊

TAGOEDIA. CAPVT. III.

Tragœdia est heroicæ fortunæ in aduersis deter
minata comprehensio.

Tragœdia dicta est ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ᾠ
δῆς hoc est ab hyrco uinearũ hoste: qui incen
sis alt arib. alterno hoc carminis genere decanta
to libero patri mactabat̃. Vel quod hyrco dona
batur eius carminis poeta. Vel q̃ uter eius mu
sti plenus solenne premiũ cantorib. fuerat τρὺξ
enim uinum olim dicebat̃. Vel q̃ ora sua amur
cæ fecib. quas græci τρύγας appellant: punge
bant scænici: añ p̃sonarũ usũ ab æschylo reptũ

Tragœdiæ accidunt ea pene omnia: quæ inferius
comœdiæ accidentia dicemus.

Differentia inter tragœdiã & comœdiã:

Illud tñ sciendũ q̃ inter tragœdiã & comœdiam:
septem sunt differentiæ.

Prima: In tragœdia ingentes inducunt̃ personæ
in comœdia autẽ mediocres hominũ fortunæ.

Secũda: In tragœdia magni timores exprimunt̃:
in comœdia ãt parui impetus: periculoq;.

Tertia: In tragœdia exitus funesti habẽt̃ ĩ comœdia uero læti sũt exitus actionum.

Quarta: In tragœdia tranquilla sũt prima & turbulenta ultima: in comœdia uero econuerso.

Quinta: In tragœdia fugiænda uita exprimit̃: in comœdia uero capessenda.

Sexta: In tragœdia: sæpius de historica f. de petit̃: comœdia uero de fictis est argumentis.

Septima: In tragœdia utimur cothurnis: ĩ comœdia uero soccis.

COMOEDIA. CAPVT. IIII.

Comœdia est fabula diuersorꝝ constituta: cõtinẽs affectum ciuiliũ ac priuatorꝝ: qua discit̃: quid ĩ uita sit utile: quid contra euitandum.

Comœdia dicta est ἀπὸ τοῦ κωμάζειν quod ẽ cõmessatũ ire cantantes: quod appositis solenni die: uel amatorie lasciuientib. choris: comicis nõ absurdũ ẽ Vel ἀπὸ τῶν κώμων hoc ẽ a pastorũ pagis seu cõuenticulis: Iuuentus enĩ attica circũ uicos ire solebat: & questus sui causa hoc genus carminis pronunciare. Vel ἀπὸ τῶν κώμων καὶ τῆς ᾠδῆς Nam posteaq̃ ex agris athenas cõmigratũ est: & hi ludi cõstituti sunt: sicut rhomæ compitalitii: ad canendũ prodibant: Vel ἀ-

πὸ τῶν κώμον hoc est a uiculis qa nõ ut in tra goedia publicarũ regiarũq; sed humiliũ in hac fabula domuũ fortunæ comprehendant̃.

Comœdiæ accidentia sũt duodecĩ.s.genus:spẽs: qualitas:nomen:ludi:aræ:habitus:cantica:scæ na:drama:membrũ:& obseruatio.

GENVS.

Genus comœdiæ ẽ terminus uniuocus plures sub se comœdias cõtinens.specie differentes.

Genus comœdiæ est duplex:nã comœdiarũ:alia palliata & alia togata.

Palliata comœdia ẽ:q̃ secũdũ ritus & habitus palliatorũ hoc ẽ græcoꝝ scænicis atq; argumentis græcis pallioꝝ habitum desiderat.

Togata comœdia ẽ: quæ secũdũ ritus & habitus togatoꝝ hoc ẽ rhomanoꝝ scripta scænicis atq; argumentis latinis:habitũ togarũ desiderat.

SPECIES

Species comœdiæ est terminus uniuocus: plures sub se comœdias continens: nũero differentes.

Spẽs comœdiæ in tot partes diuisa est quot eius sunt genera.

Palliatarũ fabularũ spẽs sũt q̃ttuor.s.tragica: comica satyrica & minerua.

Tragica fabula est in qua heroes introducunt: q̄ & tragœdia dicitur.

Comica fabula est in qua græci ritus & græcæ inducuntur p̄sonæ.

Satyrica fabula est in qua fere satyrorum personæ & ridiculæ satyris similes inducunt ludendi iocandiq; causa ut spectator inter res tragicas seriasq; satyrarum quoq; iocis & lusib. delectetur.

Mimeca fabula est sermonis cuiuslibet motus sine reuerentia: uel factorum cum lasciuia imitatio quæ a diuturna uilium rerū & leuiū personarū imitatione nomen assumpsit.

Togatarū fabularū species sunt q̄ttuor. s. prætextata: tabernaria: atellana: & planipedia.

Prætextata fabula est latina historia: in qua imperatorū negocia agebant: quæ ad ad tragicarū dignitatem ptinet personarum. Sic dicta a prætexta qua reges uel magistratus rhomæ utebant.

Tabernaria fabula est in qua nō magistratus regesq; sed humiles homines & priuatæ domus inducuntur: ab arguméto & stili humilitate dicta: uel q olim tabulis tegerentur.

Atellana fabula est in qua argumentis dictisq; iocularib. obscenæ inducunt personæ: sic dicta a

ciuitate oſcorũ atella ubi primũ cœptæ.

Planipedia fabula eſt quæ ob argumenti humili tatem: actorũq; uilitatem ſic eſt appellata: qui non cothurno ut tragici: nec ſocco ut comici in ſcæna aut pulpito utebãt᷑: ſed pedib. nudis in proſcæniũ introibant: Vel quia nõ ea negotia cõ tinebat: quæ forent perſona℞ in turrib. aut in cœnaculis habitantiũ: ſed ĩ plano & humili cõ ſiſtentiũ loco.

QVALITAS. (diſcernit᷑.

Qualitas comœdiæ eſt accidens: quo una ab alia

Qualitas comœdiæ tripartita eſt: nã comœdiarũ alia motoria: alia ſtataria: & alia mixta.

Motoria comœdia ẽ illa quæ res turbulentas in ducit.

Stataria comœdia eſt illa: quæ res quietas inducit

Mixta comœdia eſt illa: q̃ ex utroq; actu cõſiſtit.

NOMEN.

Nomen comœdiæ eſt appellatio: quam ab aliqua ratione: uel cauſa ſuſcipit.

Nomẽ comœdiæ ẽ quadruplex: nam aut ab alicu ius nomĩe pſonæ appellationẽ ſumit: ut amphi trio. Aut a loco: ut andria. Aut a facto ut aſina ria. Aut ab euentu: ut heautontimorumenon.

LVDI.

Ludi sũt cerimoniæ: ab ædilib. curtulib: instituta in quib. utplurimũ comœdiæ recitabant.

Ludi comœdiis apti q̃ttuor erant. s. megalenses: funebres: plebæi & apollinares.

Megalenses ludi sunt: qui magnis diis consecrati erãt ioui. s. mineruæ & mercurio: qui apud rho manos magni dii appellabant.

Funebres ludi sunt: q ad retinendũ populũ insti tuti erant: dum pompa funeri decreta: in hono rem patricii uiri plene instruebatur.

Plebæi ludi sũt: qui ꝓ salute plebis instituti erãt.

Apollinares ludi sũt: qui apollini deo sapientissi mo consecrati erant.

ARAE.

Aræ altaria sunt in proscænio diis dedicata.

Aræ in scæna duæ cõstruebãt dextra. s. & sinistra:

Dextra ara libero patri in scæna dicabat: tanq̃ deo cui prius tales reddebant hymni.

Sinistra ara illi deo: in scæna dicabat in cuius lau dem ludi fiebant.

HABITVS.

Habitus scænicus est indumenti genus: quo ute bant scænici: ut alter ab altero dignosceret.

Constat enĩ thespim prius tragica poemata plau
stris uexisse hominib. ora fecib. punctis. Sed ro
scius gallus præcipuus histrio: cũ oculis obuer
sis esset: nec satis decorus prius parasitos in scæ
nã deduxit. Aeschylus ãt psonæ: pallæ cothur-
ni & socci repertor fuit.

Habitus aũt scænicus particularis ĩ duodecĩ par-
tes diuisus est: ut inferius patebit.

Primo: Vlixes in scænam palliatus intrabat: siue
ꝙ aliquãdo insaniã simularit: quo tempore te
ctus esse uoluit: ne agnitus cogeretᷣ in bella pro-
dire. Vel ob singularem sapientiam qua tectus
munitusq; plurimũ decipiẽtis ingenio profuit
Vel ꝙ ithacæ sicut locri incolæ palliati fuere.

Secundo: Achilles neoptolemusq; in scænã dia-
demate coronati prodibant q̃uis regalia nunq̃
sceptra tenuerint hac tamẽ causa: quia cum re
liqua græciæ iuuentute: ad gerenda cum troia-
nis bella cõiuratiõis nunq̃ inierunt sacramenta
nec unq̃ sub agamennonis imperio fuere:

Tertio: Comici senes candido in scænam intra
bant uestimento: quod id eoꝝ antiquissimum
fuerit.

Quarto: Adolescentuli discolore in scænam ue

ſtitu ueniebant: ut ſui mobilitatē ingenii præ ſeferrent.

Quinto. Serui amictu exiguo prodibant in ſcænam: paupertatis antiquæ gratia: uel quo expeditioores agerent.

Sexto: Paraſiti quū intortis palliis ueſtiebant̄: læto dabat̄ candidus ueſtitus: erūnoſo obſoletus: diuiti purpureus: pauperi autē phœniceus.

Septimo: Miles In ſcænam purpurea clamyde ueſtitus introibat.

Octauo: Puella pegrino in ſcæna ſtabat amictu.

Nono: Leno ī ſcæna uarii coloris pāno ueſtiebat̄.

Decimo: Meretrix in ſcæna ob auaritiam: luteo panno induta erat.

Vndecimo: Luctu oſæ pſonæ: ſyrmatis ob ſcænicam luxuriā incedebant quæ ſui incuriā ob negligentiam oſtendebant.

Duodecima: Aulæa in ſcæna in terra ſternebant̄: quod pictus ornatus eſſet ex attalica regia rhomam delatus pro quib. ſuppara ætas poſterior accepit: quod eſt minutū uelum populo obſiſtens: dum fabularum actus cōmutarent̄: & de umbra hiſtriones pronunciarent.

¶CANTICA.

Cantica sũt harmoniæ: quæ nõ a poeta: sed a musicæ artis perito temparabant: nõ iisdem sed sæpe mutatis modis: uñ & ĩ quibusdã comœdiis tres numeros ponunt. Nomen autẽ ĩ principio fabulæ & scriptoris & actoris carminib. ad tibias factis: pronunciabant ut disceret ante populus quã scænici fabulam acturi essent.

Cantica in comœdiis tripliciter agebantur tibiis. s. paribus uel imparib. dextris aut sinistris: uel utrisque.

Pares uel impares tibiæ in usu erant: ꝙ siquando monodio agebant: unam tibiã inflbant: siqñ synodio utranq;.

Dextræ uel sinistræ aut seranæ tibiæ in usu erant nam dextræ tibiæ sua grauitate: seriem conditionemq; comœdiæ pronunciabant. Sinistræ ãt & seranæ acuminis leuitate iocum in comœdia ostendebant.

Vtræq; tibiæ: dextra. s. & sinistra mixtos iocos: grauitatemq; præseferebant.

Illud ãt sciendũ est ꝙ pantomiin; & choraules in comœdia prius canebant inter actores comœdiarũ tã potiores q̃ inferiores. Sed demũ dũ potiores inferiorib. inseruire dedignarent: se ipsos

a comediis separauerunt: Inde unusquisq; ar tis suæ rem exequi cœpit. Quando enī chorus canebat choricis tibiis hoc ē choraulicis artifex concinebat In canticis aūt pyraulicis responsa (bat:

SCAENA.

Scæna est umbraculum ex arborib. constitutū: a rusticis prius īumbrationis causa compertū: ubi carmina incondita sæpius decantabant. Et est ea pars theatri: quæ uelut corda inter arcus & cornua patebat binis & sæpe plurib. cōtigna tionib. constans. Theatrū autē est ædificium: quod cum agricultores feriatis dieb. sacra di uersis numinib. per lucos uicosq; celebrarent: athenienses primū agreste principiū in urbanū spectaculū collegerūt: theatrū græco uocabulo appellantes: q̄ eminus astans turba cōueniens sine aliquo impedimento conspiceret. Vnde & deīceps ex duob. theatris amphitheatrꝝ factū ē

Scæna est duplex. s. uersilis & ductilis.

Versilis scæna est quæ subito tota machinis qui busdam cōuertebatur: & aliam picturæ faciem ostendebat.

Ductilis scæna est quæ tractis tabulatis hac atq; illac: speciem picturæ nudabat interiorem

In ſcæna aũt erant pægmata peripetaſmata: aulæa: pantomimi: precones: tibicines: cytharœdi: cornicines: choraules: organarii: ſymphoniaci: tragœdi: comœdi: homeriſticæ: ſuniambuli: pilarii: podarii: & ſimiles.

¶ DRAMA.

Drama ẽ fabulæ actio: q̃ p uarias ĩ ſcæna exercet̃ pſonas.

Drama eſt duplex. ſ. tragicum & comicũ.

Tragicũ drama eſt fabula græca in qua nõ multæ ſed nobiles inducunt̃ perſonæ:

Comicum drama ẽ fabula latina in qua plura ſũt cantica: & plures inducunt̃ perſonæ: ut ſpacioſiores frequentia faciant.

¶ MEMBRVM.

Membrũ ẽ pars comœdiæ: quo plures actiones ĩ medium adducuntur.

Membra comœdiæ ſunt tria. ſ. diuerbiũ: canticũ & chorus.

Diuerbium eſt pars comœdiæ: in qua diuerſorũ perſonæ uerſantur.

Canticum eſt pars comœdiæ in qua una tantum debet eſſe perſona.

Chorus ẽ pars comœdiæ: in qua perſonaꝝ numerus diffinitus nõ eſt ſed confuſus.

¶ OBSERVATIO.

Obſeruatio eſt cuſtodia: quæ in regulis cõſiſtit:

Obseruatõis comicæ regulæ sũt.xi.ut iferius patebit.

Prima: Fabula nec minor nec productior quinq; actib.esse constat.

Secũda: Quinqes tm̃ in comœdia psona introducatur: uñ quæ semel inducta est in fabulæ principio: & in nullis deinceps fabulæ partib.adhibetur.prostatica persona nuncupat᷑.

Tertia: In diuerbiis duæ aut tres psonæ esse debẽt q̃rta ãt si iducta fuerit muta sit: & loq ñ laboret

Quuata: In cãticis una tm̃ debet esse psona aut si duæ fuerĩt: ita debent esse ut ex oculto una audiat nec loq̃t᷑ sed secũ si opus fuerit uerba faciat.

Quinta: In choris numerus personarũ diffinitus nõ est: sed iunctim om̃s loqui debent: quasi uoce cõfusa & concentũ ĩ unã psonã reformantes.

Sexta: Latinæ comœdiæ chorũ nõ habent sed duobus tm̃ mẽbris cõstant: diuerbio.s.& cantico.

Septĩa. Puellar̨ liberaliũ nulla oro inducat᷑ ĩ prosc̨ænio.i.ĩ paliata comœdia pret᷑ inuocationẽ iunonis lucinæ q̃ & ipsi quoq; post scænã fier solet

Octã: Chorus defendat partes actoris: & om̃ia bona cõsilia atq; facta pagat necnõ & deos deprecari solus inducatur:

Nona: Mortes comicæ quũ ad argumenti necessitatẽ referunt᷑: non sicut tragicæ sint: Sed aut

m eretrix. sumatur aut senex: aut deduab. simu uxorib. una: ita q̄ hui; modi obitus uel gaudio uel mediocri tristicia excipiatur.

Decima: Quæ manifestari digna sũt ĩ comœdia nõ abscõdant̃: & q̃ indigna ex oculis tollant̃: & deiñ narrent̃: q̃liter filios trucidauerit medea.

Vndecima: In argumẽtis & primis scænis utplurimũ trimetris iambicis utendum est.

¶ COMOEDIAE. DIVISIO.

Comœdia principalit̃ in quinq; partes diuisa est in argumentũ. s. prologũ prothesim: epitasim & catastrophen.

Argumentũ est totius agendæ fabulæ narratio: quæ ficta est: sed tamẽ fieri potuit. Nam fabula est: quæ neq; ueras neq; uerisimiles res continet. Historia uero est res gesta sed abæattis nr̃æ memoria remota.

Prologus est prima dictio: uerã fabulæ compositionẽ añcedẽs ĩ quo beniuolos hẽm; auditores

Differt aũt ꝓlogus a ꝓlogio: nã ꝓlogus ẽ ubi poeta excusat̃: aut fabula cõmendat̃.

Prologiũ autẽ ẽ quũ tantũ argumentũ describit̃

Prologi spẽs st̃ q̃tuor: nã ꝓlogoꝝ alius cõmendatiuus: alius relatiuus: alius argumẽtatiu; & alius. mixtus.

Cõmendatiuus prologus est ille: quo fabula uel poeta cõmendatur.

Relatiuus prologus ẽ ille: quo aut aduersario maledicta: aut gratiæ populo referunt.

Argumentatiuus prologus ẽ ille: in quo fabulæ argumentũ exponit.

Mixtus prologus est ille: in quo hæc omĩa supius dicta cõtinent.

Prothesis est primus actus fabulæ: quo pars argumenti explicat: pars reticet ad populi expectationem tenendam.

Epitasis est argumenti inuolutio: cuius elegantia cõnectit.

Catastrophe est fabulæ explicatio: p quã euentus eius approbat.

COMOEDIARVM SCRIPTORES.

Scriptores comœdiarũ: in tres ætates diuisi sũt.

Prima: ætas sussarionẽ: mullũ. & magnẽ comicos scriptores habuit: qui ueteris disciplinæ iocularia quædã minus scitæ ac uenuste pnũciabãt

Secũda: ætas aristophanẽ: eupolim: & cratinũ comicos scriptores habuit: qui principũ uitia secta acerbissimas comœdias composuerunt.

Tertia ætas menandrũ & phhilemonem comicos scriptores habuit: qui omnẽ acerbitatem comœdiæ mitigauerunt: atq; multiplicia argumenta

græcis errorib. secuti sũt. Vñ & rhomani fabulas transtulerũt: apud quos primus: liuius andronicus latino sermone comœdiã scripsit.

SATYRA. CAPVT. V.

Satyra est carmen maledicũ: ad hominũ uitia carpenda: archaeæ comœdiæ charactere cõpositũ.

Satyra dicta est a satyris deis: quos illotos ac petulantes esse scimus: ꝙ similit̃ in hoc carmine ridiculæ res pudendæq; dicunt̃. Vel a satyra lance: quæ referta uariis multisq; primitiis: in sacris inferebat̃: sic & a copia & rei saturitate satyra dicitur. Vel a quodã farciminis genere quod multis refertum reb. satyra dicit̃: cõpositũ est enĩ ex passa: polenta: nucleis pinis mulso conspersis: & mali punici granis. Vel a lege satyra quæ uno rogatu: multa simul comprehendit.

Satyrarũ duo sũt genera. nã alia antiq̃: alia noua Antiqua satyra tam a græcis q̃ ab antiquis latinis usurpata: sola uarietate carminũ constat: personisq; introductis: comœdiæ pene par: sed maiore lasciuiens licentia: salib. & iocis absoluit̃. Nã introducti satyri dei siluestres & procaces: satyrus. s. canus: satyrus impuber: satyrus adolescẽs & sylenus pater: iocularia & lasciuia inter se ia

ctant. Huius aũt satyræ scriptores fuere. Pacu uius & ennius.

Noua satyra: quæ ab antiq̃ defluxit a latinis tm̃ usurpata est: ac ex licentia illa ueteri satyrorum: in apertã hominũ reprehensionẽ & obiurgationẽ exiuit mutato carminis colore & numeris: nam in hexametros assurgit: cum prius intra iambicos & eius generis cõtineret̃. Est aũt poema: stilo heroicũ: libertate simplex: figuris intercisũ cui periphrasis quæ uelandæ reprehensioni adhibetur: frequenter occurrit: suorũ temporum historiæ cognitione plurima: nã q̃ antiqora sunt nõ inserunt̃: nisi ĩ pñtiũ inuidiã: psonisq; pret̃ uiuas & illustres nõ parcit ullis. Hui9 ãt satyræ scriptores fuere lucilius: horatius: & persius.

¶ ENARratiuum poema. CAPVT. VI.

Enarratiuũ poema uel enunciatiuũ: quod græ ἐξηγητικὸν ἢ ἀπολογητικὸν dicunt est illud: in quo poeta ipse loquit̃: sine psonæ ullius int̃locutione: ut se habent tres uirgilii georgicæ.

Enarratiuũ poema in tres partes diuisũ est: in angelticen. s. historicen: & didascalicen:

Angeltice ẽ poema: quo tm̃ sententiæ describunt̃ ut est theognidis liber.

Historice est poema: quo historicæ narrationes & genealogiæ describũtᷣ: ut ẽ hesiodi theogonia

Didascalice est poema: quo philosophia uel astrologia comprehenditᷣ: ut lucretii & arati liber.

¶COMMVNE poema. CAPVT. VII.

Commune uel mixtũ poema: quod græci κοινὸν ἢ μικτὸν dicunt: est illud: in quo ipse poeta loquitur: & personæ loquentes introducuntᷣ: ut se habet uirgilii æneis: & homeri ilias & odyssea

Cõmune poema ĩ sex partes diuisũ ẽ ĩ epodon. s rhapsodiã: bucolicon: elegiã: lyricũ: & heroicũ.

¶EPOS.

Epos est carmine hexametro: diuinaꝝ rerũ heroicarũ: humanarũq; cõprehensio. In quo genere primus digne scripsit liuius: qui rhomanoꝝ gesta decẽ & octo cõprehensus est libris: qui & annales dicuntᷣ ꝙ fere singuloꝝ annoꝝ actus contineant: quos pontifices scribæq; conficiunt.

Epos aũt dicitᷣ παρὰ τὸ ἔπω τὸ λέγω quoniã hoc uersu uerba mutuo respondent.

¶RHAPSODIA. diuulsũ.

Rhapsodia ẽ poema: aliq̃ particula discretũ atq;

Rhapsodia autẽ dicitᷣ παρὰ τὸ ῥάπτειν ꝙ uersus in unũ uolumẽ uelut cõsuantᷣ & cõprehendantᷣ

Vel ꝙ olim partes homerici carmis: in theatra lib. circulis: cū baculo pronunciabāt: qui ab homeristæ dicti sunt.

BVCOLICON. CAPVT. VIII.

Bucolica dicūt poemata: carmīe pastorali cōposita. Bucolica aūt dicta sūt a bouū custodia. Nam cū pastorū genera sint tria. Alii enī minimi: quos græci αἰπόλουσ uocant: nos aūt caprarios: alii paulo honoratiores: q apud græcos ποίμενεσ dicunt: apud nos aūt opiliones. Alii uero honestissimi maximiq; quos græci βουκόλουσ dicunt: nos aūt bubulcos: a maiore pastorū genere bucolica dici debuere: q̄ de pastorib. tractant

Huius āt carminis origo. x. modis exponi solet.

Primo Dicunt aliqui: bucolicum carmē a lacedemoniis pastorib. dianæ curiatidi primo redditū fuisse: cū enī propt bellū xersis pterriti: ī diuersas partes cōfugissent: & uirgines timore latentes: de more eidē deæ sacra canere nō possent: ex rure in urbem cōuenere pastores: & ne ritus sacroꝝ interrumperet pastore carmine cōposito: honorem diuæ celebrauerūt: uñ & bucolismos dictus ē hymnus

Secundo. Alii existimant: ab horeste circa siciliā

uago : id carminis genus: per ipsũ atq; pastores redditũ fuisse dianæ quo tempore de scythia cũ pylade fugerat surrepto numinis simulachro: ĩ fasceq; lignoꝶ lato: unde fascelidem dianã phi bent nuncupatã: apud cuius aras: horestes per sacerdotem eiusdem numinis iphigeniam soro rem suam: a paricidio fuerat expiata.

Tertio: Alii apollini nomio: pastorali. s. deo: hoc carmen cõsecratum uolunt: quo tempore: pro/pter gigantes iouis ob æsculapii uindictam in/terfectos: diuinitate priuatus admeti regis apud amphrysum pauit armenta.

Quarto : Alii libero: nympharũ. s. & satyrorũ: & eius generis numinũ principi: hoc carmen dica tum affirmant: quib. rustica carmina placent.

Quinto: Alii mercurio daphnidis patre: pastorũ omnium principi: & apud theocritum & apud uirgilium: hoc carmen dicatum uolunt.

Sexto: Alii in honorem panos: pastoralis dei pe culiariter scriptum hoc carmen dicunt. Itemq; sileni: siluani: fauniq;.

Septimo: Alii a siculis hoc carmen inuentũ asse runt: quo tẽpore: anteq̃ hiero rex syracusas ex/pugnaret: morbo sicilia laborante: uariis & assi

duis cerimoniis dianã placantes: finem malis siculi ĩuenerunt: eandẽ lyen cognominãtes q̃si malorũ solutricem: Vñ res in consuetudinẽ tracta est: ut greges rusticoꝝ ĩ theatrũ ingrederent̃ & uictoriam canerent: huiusmodi habitu ornati. Erat enĩ ĩ manu panis magnus: omniũ feraꝝ imagines complexus: cũ uino & foliis omniũ leguminũ generis. Inerat corona in capite: & in manu altera pedum clauatũ atq; ita uictorum omniũ fores carmine circuibant: uictoriã quã adepti fuerãt canẽtes: & limina frugib. spargẽtes.

Octauo: alii in italiã: lidiam & ægyptũ: transisse hoc carmen uolunt: unde & cantores lydiastæ ac bucolistæ appellati sunt.

Nono Alii circũ pagos & oppida solitos fuisse pastores cõposito carmĩe: precari pecorũ & frugũ omniũq;: prouentũ dicũt: atq; inde in hũcusq; diem manere nomen & ritum bucolicorũ.

Decĩo: Alii: quoꝝ melior ẽ sñia, a priscis tẽporib. hoc carmẽ originẽ duxisse affirmãt: qb. uita pastoralis exercita erat: ꝙ uelut aurei sæculi speciẽ: ĩ hui⁊mõi ꝑsonaꝝ simplicitate cognosci potest

BVCOLICI. carminis. ACCIDENTIA.

Buccolici carminis accidentia sunt quattuor. s. æ

gloga: æglogarum numerus: simplicitas: & cesura
Aegloga est caprarius humilisque sermo q bucolici carminis pars est αἴγα eni græce: capra dicit latine: unde ægloga nomen deductum est.
Aeglogarum numerus in hoc attendi debet: quod q considerauerit scænarum pastoraliū ætatem: quæ ultra denariū numerū proferri nō potest: decē tantū æglogas suo inseret operi: ut maro fecit.
Simplicitas in bucolicis attendenda est: ut nusq̄ aliquid figurate dicat sed tm̄ simplicitate gaudentes inducantur personæ.
Cesura ultimo loco notanda est. Nō enī erit bucolicus uersus: nisi in quo & pes primus sit dactylus partē oronis absoluens: & tertius trochæus & cesura: quartus dactylus magis q̄ spondæus partē similiter finiens oronis: quintus uero & sextus ex integris dictionib. componant: ut illud. Huc ades o formosæ puer: tibi lilia plenis.

ELEGIA. CAPVT. IX.

Elegia ē carmē miserabile: quo defunctorum laudes amorūque labores comprehendunt. Apud rhomanos autem id carmen quod cum lamentatione extremum atque ultimum mortuo canitur παρὰ τὸ νήτον τὸ ἔσχατον nenia dicitur.

quod ĩ chordis extremus neruus: q mortuis uel morituris nouissimus asscribit̃ νήτη appellat̃.
Elegia uero dicta ẽ παρὰ τὸ ἐυλέγειν τοῦσ τέθνεώτασ hoc ẽ a defunctoꝝ laudatione. Vel ἀπὸ τοῦ ἐλέου hoc est a miseratione. Vñ & miserabiles elegi dicuntur.
Elegiæ accidentia sunt duo. s. melos & clausula.
Melos est dulcis quidã concentus: qui maxime ĩ elegiacis uersib. obseruãdus est hominũ erũnis amorumq; laborib. aptus.
Clausula est ordo quidã: quo cõtinuo tenore: primi uersus sensus: in uersu sequenti concludit̃: ut in hoc. Carior est auro iuuenis cui mollia fulgent. Ora: nec amplexus rigida barba tenet.

LYRICVM. CAPVT. X.

Lyricum poema est carmen propria quadã sui natura: lyræ sono & cantib. aptum.
Lyricum carmen dicit̃ a lyra: quoniã ueteres huiusmodi carminũ scriptores ad lyram poemata sua canere consuerunt.
Lyricum carmen in quattuor partes diuisnm est: in oden. s. epodon: palinodiã: & psalmodiam.
Ode est sermo quidã modulatus: qui proprie ad alicuius laudem accomodatus est.

Epos est carmen: in quo ita ordinati sunt uersus ut singulis clausula iuncta sit: quæ primi uersus sententiã concludat. Clausulas eni lyricæ dicunt preciosos uersus: lyricis subiectos.

Palinodia est retractatio quædam uituperationis in laudem.

Psalmodia est hymnus seu carmẽ: cantib. aptum atq; choræis.

LYRICI SCRIPTORES.

Lyrici carminis scriptores apud græcos nouẽ fuere: ad nouẽ musarũ imitationem.

Primus Alcinan: unde alcinaniũ carmẽ dictum ẽ.

Secundus: Stesichorus: uñ sthesichoriũ carmen.

Tertius. Alcæus: unde alcaicum.

Quartus. Ibycus: uñ ibycium.

Quintus: Anacreon: unde anacreontium.

Sextus: Simonides: unde simonidium.

Septimus: Pindarus: unde pindaricum.

Octauus: Bacchylides: unde bacchylidium

Nonus: Sappho mulier: lesbia: a platone amata unde sapphicum carmen. Horum ãt princeps teste qntilianus fuit pindarus.

Apud latinos uero lyrici carminis scriptores tres fuere: horatius. C. cesius bassus: & ualerius martialis. Horũ aũt princeps fuit horatius.

LYRICORVM NATVRA.

Lyricus uersus duodecim modis scribi potest: ut inferius patebit.

Primo: Pragmatice hoc est causatiue: quũ causæ: hominumq; negocia tractantur.

Secundo: Hypotetice: hoc est personatiue: quum personæ describuntur.

Tertio: Paranetice: hoc est interpositiue: quũ aliliquid interposite narratur.

Quarto: Prosphonetice hoc ē exclamatorie: quũ exclamatoriæ inducuntur sententiæ.

Quinto: Proseuctice: hoc est deprecatorie quum deprecatiuæ inducunt̃ sententiæ.

Sexto: Pæonice: hoc est laudatiue: quum alicuius laudes attinguntur.

Septimo: Pæomproseuctice: hoc est laudatiue & deprecatorie: quũ alicuius laudes complectendo: eidem bonam deprecamur fortunam.

Octauo: Erotice: hoc est amatorie: quũ res amore digne describunt̃.

Nono: Eucharistice: hoc est gratiatiue: quũ aliq̃d gratiosũ exprimit̃.

Decimo: Symbuletice: hoc est signatiue: quũ aliquid symbolo notatur.

Vndecimo. Prosagoreutice: hoc ē expositiue: quũ

alquid exponitur.
Duodecimo: Allegorice: hoc est alieni locutiue: quum aliud dicitur & aliud significat̃.

HEROICVM.CAPVT.XI.

Heroicũ poema ẽ carmẽ: quod constat ex diuinis humanisq; p̃sonis: continens uera cũ fictis.
Heroicum carmen dictum est ab heroum gestis: quæ ab homero prius hoc carmine scripta sũt: nam antea pythiũ dicebat̃ eo quod pithii apollinis oracula hoc uersu edita sunt.
Heroicũ poema in tres partes diuisum est in propositionẽ.s.ĩuocationem: & narrationem.

PROPOSITIO.

Propositio est quũ in operis prncipio quid in toto carmine dicturi sint poetæ prponũt: quod uim habet exordii: in quo p̃ ea quæ narrare pollicemur: auditores seu lectotes attentos reddimus & dociles. Quanq̃ græcorũ plurimi propositionẽ inuocationi inseruere: ut fecisse dictus est homerus: hesiodusq;.

INVOCATIO.

Inuocatio est quũ post dicendorũ propositionẽ: in rebus tantum arduis: iuxta flacci præceptum musarum ĩ sui auxiliũ inuocant poetæ numen

uel propria abutentes inuocatione: ad alicuius
principis confugiunt auxilium: cui opus suum
dedicauere: ut in fastis ouidius fecit: quod simi
liter uim habet exordii: in quo auditores nobis
beniuolos cõstituim⁹. Et qa de musis mẽtionẽ
fecim⁹: de ipsis aliquid dicere nõ absurdũ erit.

MVSA.

Musa: quæ & nympha dicitur: dea est: a poetis fi
cta: quæ suo opem poemati ferre solet. Vnde &
musica dicta est. Constat autẽ secundũ uarro
nem. triplicem esse musicam. Vnam. s. quæ ex
aquæ motu generat̃: alterã ex aeris sono percus
si. Tertiã uero: quæ ĩ mera uoce consistit. Om̃is
aũt hæc musica a supcælesti harmonia depẽdet
Musa aũt dicta est παρὰ τὸ μάεσθαι hoc ẽ ab in
quisitione.
Musæ accidentia sũt tria. s. nomẽ: officiũ: & ordo

NOMEN.

Nomen musæ ẽ accidens: quo una ab alia digno (scitur.
Nomen musæ est nonuplex: nã secundũ hesiodũ
in theogonia: musæ iouis filiæ sunt nouem.
κλίω τ' εὐτέρπη τε θαλεία τε μελπομένη τε
τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε πολυμνεία τ' οὐρανίη τε
καλλιόπη θ' ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασάων.

Clio enī dicta ē ἀπὸ τοῦ κλέου hoc eſt a gloria.
Euterpe dicta eſt παρὰ τὸ εὖ καὶ τὸ τέρπειν hoc eſt a bene delectando.
Melpomene dicta eſt παρὰ τὸ μέλπειν hoc eſt (a dulci cantu.
Thalia dicta eſt παρὰ τὸ θάλλειν hoc eſt a gemi nando uel uirendo.
Polymnia dicta ē παρὰ τὸ πόλυ καὶ τὴν μνείαν hoc eſt a multa memoria.
Erato dicta eſt: q̃ſi ἡ ἐρατὸς hoc ē amabilis ἀπὸ τοῦ ἔρου id eſt ab amore.
Terpſichore dicta eſt παρὰ τὸ τέρπεσθαι hoc eſt (a delectando.
Vrania dicta eſt cæleſtis παρὰ τὸν οὐρανὸν hoc eſt a cælo.
Calliope dicta eſt παρὰ τὸ καλλιπέειν hoc eſt a (bene dicendo.

¶ OFFICIVM.

Oiciffum muſæ eſt proprietas: unicuiq; muſæ ſe cundū eius naturam accommodata.
Officiū muſæ in tot partes diuiſū eſt quot ſunt & muſæ.
Clio enī quæ bona fama interpretat᷑ res geſtas ca nit & hiſtorias: unde apud græcos hiſtorica di cta eſt: & ſecundū martianū in lunari orbe eſt conſtituta.
Euterpe: quæ bene delectans interpretat᷑ muſicā

docet: uñ a græcis tibicinaria eſt appellata: & in
orbe diali conſtituta eſt.

Melpomene: quæ modulatio interpretat᷑ tragœ
dias canit: uiuoſq; inuenit diſtinguere cantus
unde a græcis tragica nuncupatur: & in orbe ſo
lari conſtituta eſt.

Thalia: q̃ capacitas interpretat᷑ comœdias: & can
tandi tẽpora ĩuenit: uñ a græcis comica uocitat᷑
& in terra atq; ſilentio conſtituta eſt.

Polymnia: quæ memoria interpretatur colores ca
nit rhetoricos: ſulcos inuenit ſegeteſq; unde a
græcis rhetorica dicta eſt: & in orbe ſaturni eſt
conſtituta

Erato: quæ ĩuentio interpretat᷑: amores canit & cõ
nubia: unde a græcis amatrix uocata eſt: & in
orbe martiali eſt conſtituta.

Terpſichore: quæ delectans inſtructio interpre
tatur res iucundas canit & choræas: unde a græ
cis cythariſtia eſt appellata: & in ueneris orbe
conſtituta eſt.

Vrania: quæ cæleſtis interpretatur aſtrorũ motus
canit & portenta polorum: unde a græcis aſtro
logia nuncupata eſt: & in octaua ſphæra ẽ con
ſtituta.

Calliope quæ bona uox interpretatur heroica carmina canit uates ornat: uocemq; serenat unde a græcis poesis dicitur: & in mercurii orbe constituta est. Hæc ãt alias secũdũ hesiodũ ut diximus superat sorores cũ & illas in se contineat: & diuinã quandã metro uim superaddat.

¶ ORDO.

Ordo musarũ manifestus est: nam clio est prima euterpe secunda: melpomene tertia: thalia q̃rta polymnia qnta: erato sexta: terpsichore septima: urania octaua: calliope ãt nona & ultima.

Ordinis uero causa ea quidem summa diligentia notanda est.

Musas nemini dubium est a poetis fictas pro his quæ ad cuiuscunq; scientiæ perceptionẽ necessaria sunt. In omni enim acquirenda scientia: nouem requirunť: sine quib. nullus unquã effectus prospici potest. Primum est noluntas: secundum delectatio. tertium diligentia: quartũ capacitas. quintum memoria: sextum inuentio: septimum iudicium: octauum electio: ultimum uero pronunciatio. Inde nouem fictæ sunt a poetis musæ: quæ hominẽ in omni lrãꝝ disciplina ad optimũ finẽ ꝑ hæc media ducant.

Clio ergo prima ponitur: bona fama interpretata quæ hominis uoluntatē regat: ſcientiā enī uolumus ut noſtra fama augeatur

Euterpe ſecūda: bene delectans interpretata: quæ poſt diſcendi uoluntatem: ſtudii quoq; delectationem adiiciat.

Melpomene tertia: modulatio interpretata: quæ poſt ſtudii delectationem: uirtuti operam noſtram adiungat.

Thalia quarta: capacitas interpretata: q̄ poſt diligentiā ſtudio præſtitā res capere doceat diſcereq;

Polymnia quinta: memoria interpretata: q̄ poſt captā ſcientiā: illius ꝑpetuā adhibeat memoriā

Erato ſexta: ſimile īueniens interpretata quæ poſt memoriam: ſimile aliquid rei perceptæ componere doceat.

Terpſichore ſeptima: delectans inſtructio interpretata: quæ poſt ſimile īuentū: id iudicare: utrum bonum malumue ſit prudenter edoceat.

Vrania octaua: cæleſtis interpretata: q̄ poſt rei cō poſitæ iudiciū: optima quæq; eligere moneat.

Calliope nona: ultimaq; bona uox interpretata: quæ poſt rei optionē optimæ illam bene conciñeq; proferre inſtruat.

Hæc aũt omĩa eo pcipienda sũt ordine: ut sequentia semp præcedẽtia includant: Primo enĩ uiro studioso necesse est uelle doctrinã: Secundo delectari eo: quod uelit. Tertio instare ad id quo delectatus est. Quarto: capere ad quod institit. Quinto: memoriæ tradere: quod cepit. Sexto ei simile qd ĩuenire: quod memoriæ tradidit. Septimo iudicare: quod ĩuenerit. Octauo: eligere quod iudicauerit. Postremo proferre: quod elegerit.

¶NARRATIO.

Narratio est quũ post diuinũ auxilium imploratum: iam propositum poetæ aggrediunt̃ opus.

¶POESIS. CAPVT. XII.

Poesis ẽ contextus: & corpus totius operis secũdũ prædictã artem & eius regulas effecti. Ad quod tibi puenire concedant studiose adolescens: qui huic nostro ĩuigilaueris operi: heliconiæ sorores thespiadesq̃ nymphæ: Vt orphei cylleniiq̃ lyram dante apolline & fidib. & uoce decorare possis auratam.

¶EXPLICIT LIBER DECIMVS ET VLTIMVS DE POEMATE ET POESI AC POETARVM OFFICIO.

PERORATIO.

Iam deo annuente. Leonarde uir magnifice: ad finem suum prouectum est opus nostrum: quod tamen ut optabam: & studia nostra requirebant: non sine aliqua animorum contentione absolutum est. Pudet me quosdam nominare: demetrii quidem iudicio quadratas statuas: syrma: uentrem: pudenda: & barbam tantũ habentes: qui suis ineptiis: nugisq; molliculis studia nostra in huiusce opusculi compositione adeo uexare conati sunt: ut me pene a proposito reuocare uiderent. Quod mihi tanto molestius fuit: quando maiore componendi operis labore grauabar. Sed longe molestius erat quod a germanis: gallis pannoniisque quibusdam: homunculis sane ineptissimis: adeo impetebar: ut mihi fas esse uideret: latinos deserere: & rhomanam liguam a barbaris ediscere. Horũ ego contumelias eo animo ferendas duco: quo uirũ fortem aduersus maledicta futurũ Zeno citticus approbauit: tanq̃. s. legatum absq; responso remissum. Adde: quod cũ in opere nr̃o: diomedẽ caprum: phocam: agretiũ: donatum: seruium:

sergium priscianum: rufinum: quintilianum: strabonem: porphyrium: acronem: marcum tullium: & plerosq; alios uiros doctissimos imitati fuerimus: nec nō & peritissimū uirum: utriusq; linguæ decus: domitium calderinum: præceptorem nostrum: nihili eorum ineptias æstimabimus: qui si me accusauerint omnes deniq; illos accusauerint quorū (ut terentianis uerbis utar) æmulari exopto negligentiā potius q̄ istorum obscuram diligentiā. Adhibebo igitur hūc in eos animum: quem socrates adhibendū putauit. Cum enim a quodam calce percussus esset admirantibus illius tollerantiam dixit. Quid si me asinus impetisset? nunquid illi diem dixissem? Est preterea præcipuum illud quod me huiusmodi latratores æquo animo ferre compellit. Nam docti uiri sunt hi æmuli: aut indocti. Si docti: lætor equidem: mecum adeo fœliciter egisse fortunam: ut etiam doctis in inuidiam incidere potuerim. Si indocti itidem & lætor quod me indocti sufferre non possint: quippe qui eorum inscitiam haud imitari appaream. Sed illud minime pati possum. quod isti in me barbari quottidie clamitant.

Opus nouum aggressum fuisse sacerdotem: di
uinæ quidẽ scientiæ infensum: quod oratoriam po
eticamq;: inutiles nõ modo artes: uerũ & anĩs
damnosas complectatur: eusebiũ in exemplũ hye
ronymum adducentes: qui ob tales artes diu sit
flagellatus. Tanq̃ nesciant flagella passum fuis
se hieronymũ: nõ qa oratoriæ poeticæq; indul
geret: quarũ artiũ plenæ sunt eius epistolæ: sed
quia his adeo deditus erat: ut ne quidẽ unũ pro
phetarum legere possit. Dicant mihi quæso hi
boni uiri (ut ad oratoriã me conuertã) quæ ẽ illa
sciẽtia: quæ ppolita nõ indigeat orõne? Sciẽtia
enĩ (ut tullius inquit) sũt eorum: qui illas profiten
tur. Illustrare aũt oratione si quis istas artes ue
lit: ad oratoris ei confugiendũ est facultatem:
ni fortasse barbariem suam: qua nõ loquendo:
sed strependo potius: indies uti solent: scientiã
appellauerint. Non ne plato: aristoteles: & reli
qui philosophi: qui de philosophia benemeriti
sunt: similiter & theologi oms: augustinus: gre
gorius: hieronymus: ambrosius: propria facul
tate philosophi ac theologi: ornata ãt philoso
phantes orõne rhetores fuere? Si enĩ ars orato
ria nihil aliud est: nisi copiose & ornate dicere:

quomodo hi quos nominauimus: sine ea scien tia: quam eis non concedimus: copiose & orna te dicent? Inornate aūt eos dixisse quenlibet pu deat affirmare. Sed iam ad poeticā accedamus Affette uiri boni: poeticæ inimici: Afferte quæso uestra indigitamenta: pontificalesq; codices. Le gite hymnos: legite odas: legite psalmodias: di uino cultui sacratas: nō ne hæc poetica sūt? Sed nimirum ore balbuciente: & ignorantiā suam iam prostituente: non poetica: quadrata uero: seu quadrangularia rhytmica: & huiusmōi dely ramenta nuncupabitis. Tacete uirtutis expertes & poeticam sine qua nec deus ullus: nec cælestis motus: nec terrena nr̄a lætantꝰ: tandē inuiti lau date. Non enī temere græcoꝝ ciuitates: priscis temporib. ab ipso primordio: eorum pueros in poetica erudiendos curauere: non nudæ uolu ptatis: sed castæ moderatōis gratia: hacq; de cau sa se morū magistros & emendatores putauere Fabulosis enim oblectationib. puerorū animos inescans metrica instituit: ut prouectiore ætate ad rerum disciplinam perducendi: corroborata iam cogitatione pertingant. Fabulosum tamen poetam quenq; pudeat appellare: Nam si poe

tam fabulosum nugatoremq; dixerimus: qui alios oratores: alios imperatores: alios: denique reliqua uirtutis opera demonstrantes inducat: qua tandem constantia: oratorem ueridicum asseremus: quem a poeta inductum: prius nugatorem uocauerimus? Tacete igitur inquam uiri boni: & poeticam æquo animo suscipite. Ego enim sic existimo: si poetica casu destrui contingeret breui futurum: ut ne quidem unus ornate loqui auderet: sed cum exsiccato fonte: riuulos quoq; penitus defecturos. Audeo preterea illud non immerito affirmare: quod si uatib. credendum est ea quæ a uobis nunc despicitur: & uelut proscripta: in exilium missa est poetica: non post multum temporis spatium: quod prius obtinuerat totius orbis imperium recuperabit: & uos inuiti quoq; per germanias: gallias pannoniasq; uestras libere uagantem: etiam nudato capite depressa barbarie uerebimini. Non scribo hæc: ut in germanos: gallosue aut pannonios inuehi uelim: quos me non latet uiros omni quidem scientia præditos esse: & quod laudabilius est: omni religione & uitæ sanctimonia exornatos. Non enim eius sum naturæ: ut maledicendi consue

tudine gaudeam: imo & sæpenumero lacessitus ad extremũ usq; perpessus sim: Sed tanta erat in me fabularum quorundã uersa insania: tantus furor & impetus: ut cum diu silentiũ tenuissem: & eo magis istorum insaniam quottidie crescere uiderem: haud amplius reticere potuerim. Ad te ãt reuertor uir præstantissime: cui & nostrũ gratum fuisse laborem confido: & tuæ præstantiæ dicatum opus mitto: ut inter cæteras hæreditates: filio tuo: adolescẽtulo: te patre digno connumeratum relinquatur. Aristippus enim rogatus a ciue: quo pacto melior euasurus esset eius filius: si erudiretur respondit. Et cicero optimam eam putauit hæreditatem a patribus traditam liberis: omniq; patrimonio præstantiorem: gloriam. s. uirtutis rerumq; gestarum: cui dedecori esse nefas & uitiũ iudicandum foret. Itidem & menander poeta ἀναφαίρετον εἶναι κτῆμα τὴν παιδείαν βροτοῖσ affirmauit: Accipe igitur opus tibi sacratum: & ad te tanq̃ patronũ suũ pcurrens quod si exhilari fronte susceperis: in grãmatica græca & geographia nr̃a quã propediẽ edituri sumus: non paruas quidẽ nobis uires addideris. Opus ãt pñs facile a

maliuoloru͂ obtrectationib: tueri poteris: si cu raueris: ut in manus hominu͂ q͂ emendatissimu͂ ueniat. Si quid uero mendosu͂ & minus politu͂ diligens lector repererit: id non mihi sed impres soribus ascribendu͂: diomedis mei: quæ iure fra gmenta dixerim: cæterorumq; doctorum adeo corru pta uolumina: ut uix suu͂ nomen teneant: faci le probabunt. Hoc eni͂ est frequens impressorum uitium, ut modo præposteras & i͂uersas: modo alias pro aliis litteras ponant: qui tame͂ in hoc excusari possunt: quod uix diligens præfectoru͂ & emendantiu͂ cura: om͂ia im͂primendo corrige re potest. Illa uero quæ corrigenda sunt sæpissi me leuia: & per se facilius sint emendanda. Va le decus militiæ: patriæ salusq; tuæ: præsidium snmmum & dulce decus meum.

τέλοσ.

P. FRANCISCI NIGRI. A. VENETI SACER dotis artiumq; doctoris: aruntina grammatica ad splendidissimu͂ equitem leonardu͂ bottam pro serenissimo duce mediolani apud illustris SIMVM VENETORVM SENATVM O RATOREM FACVNDISSIMVM FOELI CITER EXPLICITA EST. PLAVDITE.

¶C. Ioannes Lucilius Santreiter de Fonte salutis: omnib. studiosis adolescentib. fœlicitatẽ dicit.

Expulerat triplici faciles gens barbara rheno:
Pierides quondam: castaliæq; deas.
Gens ignara dei: cui plectra sonantia curæ.
Quæ nullos pegasi nouerat ante lares.
Restiteratq; uetus: depulsis undiq; musis:
Barbara lingua: suos testificata dies.
Hinc miseri subito liquere poemata ciues:
Et iuuenes studia & deseruere senes.
Nam mala barbaries: rhomanũ extĩguere nomẽ
Ausa est: & nymphas phœbe polite tuas.
Tunc ego quẽ musis genuit cyllenius aptum.
Quid facerem: positis artib. usq; meis?
Nec mihi iam patrias sedes habitare licebat:
Proscriptæ miseras quas renuere deæ.
Inde uelut radiis premeret cyllenius: ipsam
Et patriam liqui tunc: patriosq; lares.
Ac uenetas subito cœpi lustrare lacunas.
Et quas perdideram. quærere mœstus aquas.
Tunc mihi se lætæ retulerũt undiq; nymphæ.
Solantes mœsto spemq; dedere uiro.
Et ducunt placidas francisci protinus ædes:

Quem anymphus genuit niger auitus aruns.
Nanq; pius profugas exceperat æquore musas.
Et pariter sedes hospitiumq; dedit.
Hic mihi prima meæ uisa est fortuna salutis:
Hic dulces hausi nec saturatus aquas.
Hinc me pierides traxere ad flumina summi
Parnassi: pegasos: castaliæq; choros.
Et mea cephisi penetrarunt agmina ripas.
Parmissosq; sinus: & tua sacra themi.
Et quia non aliud est charite maius:
Officium: prompsi grammata docta nigri.
Hos quib. adductus parnassi ad limina sacri:
Impressi libros & monumenta sui.
Gorgoneæ pueri ueniunt quib. antra medusæ.
Et latices gustant melle fluente sacros.
Et uobis iuuenes statui precepta dedisse:
Vt solo quisquis codice cuncta legat.
Sed quia iam rhenus faciles admittere musas:
Dicitur: & phœbo reddere uota pio.
Hinc mihi sũma qdẽ geminataq; gaudia crescũt
Et uatum & patriæ munera læta meæ.
Certe igitur patriam: reliquarũ pace locutus.
Virtutum dicam se posuisse ducem
Diuinas artes: & conscia sidera fati.

Et phætontæos hic reperimus æquos.
Quid numeros: numerisq; νέαν metita q̄dratis
Agmina? quid referam quæ sua cura sophos?
Cæsareas referam leges? & iura quid ultra?
Sacra recensebo: pontificale decus?
Orator tantum hic & lingua diserta poetæ
Defuerat: patriæ quæ modo iuncta bonæ.
O fortunatos nimium: mea gaudia ciues.
O fœlix patriæ tempus & omne meæ.
Nunc tua me lætū excipiunt bona mœnia ciuem
Inq; sinu patriæ iam moriturus ero.
Sed prius a nobis parua hæc munuscula sume:
Quæ mihi doctoris sunt monumenta mei.
Cui referes dignas quum tanto munere grates.
Lucili memores patria chara tui.

¶Valete. ἀεὶ Δηκα.

Santritter helbronna genitus de gente ioannes
Lucilius: prompsit grammara docta nigri.
Herbipolisq; satus: socio sudore: lacunis.
Hoc uenetus francus fert theodorus opus.

¶ANNO SALVTIS. M.CCCC.LXXX. XII. CAL. APRIL. Impressū ē hoc opꝰ VENETIIS DVCE VIRTVTE & COMITE FORTVNA

5/12/41